



Summæ Theologicæ Scholasticæ Et Moralis In Qvatuor Partes Distributæ Pars ...

In qua de Virtutibus in Communi, & Theologicis, Fide, Spe & Charitate, nec
non Virtutibus Cardinalibus, præsertim Justitia & Jure, ac Religione
ceterisq[ue] annexis, & Vitiis Oppositis in particulari breviter & dilucidè
tractatur

Herincx, Wilhelm

Antverpiæ, 1663

Dispytatio IV. De Scriptura Sacra & Traditionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72941](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72941)

Unde contin-
gas illam a
multis non
prospici seu
admitti.

dei nostrae à multis alijs ingeniosis non
admitti, qui lumine fidei destituti priva-
toque affectu nimium suis sensibus aut erro-
ribus adherentes, in luce velut cœcutidit;
cùm in rebus non omnino evidentibus
agnoscendis intellectus multum ab affectu
dependeat. Multi etiam veritatem non vi-
dent, quia motiva seu signa credibilitatis
fidei ignorant, aut ad considerandum eor-
um intellectum per piam voluntatem suf-
ficienter applicare negligunt. Plurimi de-
nique veritatem eis satis perspectam repu-
diant, sive dominandi libidine, sive causâ
voluptatibus liberius indulgenti, sive ut
ex secta nova nomen aliquod accipen-
tur, sive ex odio aliquorum Ecclesie Præ-
latorum, puta Pontificum aut Episcoporum.

60. Observandum verò, motiva credibilita-
tis præallegata, & similia, etsi Ecclesie om-
nia simul conveniant, indeque insignissi-
mo evidètia credibilitatis exurgant: non om-
nia tamen semper simul præponi credentibus
aliquod mysterium, qui nunc hanc,
nunc illam, nunc istam, nunc plures, nunc
pauciores sibi notas proponunt. Et quidem
in fide semel firmatis adeò insita est hæc
credibilitatis evidètia, ut quasi sine reflexi-
one ad speciales notas credant, dum ipsis
sufficit nosse, quod S. Mater Ecclesia id
tradat. Convertendis tamen ad fidem ope-
rosius proponuntur motiva credibilitatis.
Qui tamen & ipsi ex una interdum nota
convertuntur, v.g. ex visâ mirabili constantia
Martyrum, aut ex unico miraculo, aut
alio quopiam motivo; accedente, & potissi-
mas in conversione partes habente, illu-
stratione & auxilio divinæ gratiæ, quâ cor
aperiatur ad intendendum verbis prædica-
toris, & voluntas obstinata emoliri inci-
piat: aliàs enim surdo canitur, quæcumque
pondera rationum seu motivorum credibi-
litate profertur.

61. In simplicioribus quoque Fidelibus lo-
cum habet credendi simplicitas, dum fi-
dem habent Parocho aut concionatori ali-
quid proponenti tamquam revelatum à

Deo & declaratum ab Ecclesia. Immo dum
similibus sit hujusmodi propositio per eos,
quorum id munus est, v.g. Episcopos, Pa-
rochos, Prædicatores seu Magistros in
Theologia, nec aliunde subest in iis causa
rationabilis dubitandi, credere obligantur;
adeò ut rusticus v.g. tali casu discredens,
peccet. Et sanè vix unquam similibus my-
stera fidei melius proponuntur, quàm per
tales, adeoque si non tunc, vix unquam ha-
berent obligationem credendi. Secus esset,
si essent indicia dubiæ fidei in Parocho
v.g. utpote aliàs mentito, aut contradicen-
te hæcenus traditis ab alijs æquè vel ma-
gis doctis, aut dogmate aliqua bonis mori-
bus vel rationi naturali adversa &c.

Aliàs seclera speciali ratione dubitandi
nascitur ex prædictorum propositione in
hujusmodi (quibus aliunde de notis Eccle-
siae in generali saltem constat) proportio-
nata capacitati eorundem evidètia cre-
dibilitatis: quæ facilius in iis locum obti-
net, quibus difficilius occurrunt rationes
dubitandi in contrarium. Adde simplicio-
ribus salutem sermone quærentibus adesse so-
lere specialiter illustrationem divinæ gra-
tiæ, quâ fit eos plerumque firmius adhare-
re rebus revelatis, quàm doctos, adeò ut de
credibilitate ac veritate illarum dubitare
nequeant, immo aliquos dubitare posse
mirentur.

Nihilominus absolute loquendo ex nullo
capite apparet repugnare, quò minus cum
articulis veris pari modo proponendi, inde-
que resultante obligatione credendi, à Pa-
store, Episcopo &c. immisceatur articulus
aliquis falsus, etiam spectatâ divinâ provi-
dentia: cum in hujusmodi non sit propo-
nendi infallibilitas, sed ipsi, immo & Con-
cilia numerosa Episcoporum errare possint,
& aliquando erraverint: soli autem Conci-
lio Generali sive Pontifici propria sit in-
fallibilitas in rebus fidei proponendis. Inde
autem non videtur grave inconveniens: nam
fides articuli falsi, solum erit naturalis, po-
teritque ex affectu seu voluntate credentis
etiam esse Deo grata.

An eis ali-
quid falsi
proponi
queat ita,
ut credere
teneantur.

DISPUTATIO QUARTA.

De Scriptura Sacra & Traditionibus.



XPPLICATO Fidei ob-
jecto & objecti qualitate,
de ipsius Fidei regulis ag-
endum est. Et primò qui-
dem de regulis veluti mor-
tuis, quæ sunt, Scriptura &
Traditio: dein de vivis, Ecclesiâ videlicet,
Concilijs & Pontifice.

QUÆSTIO I.

De Scripturis seu Libris Canoni- cis & Apocryphis.

SCRIPTURA sacra est verbum Dei, ipso
inspirante conscriptum ab ipsismet Ha-
giographis seu divino Spiritu afflatis Scri-
ptoribus.

Variis porro nominibus solet ipsa appel-
lari.

1. Quid sacra
Scriptura.
Varia ejus
appellationes.

lari. Nam in ipsa Scriptura sæpè appellatur nomine Scripturæ, interdum singulariter, interdum pluraliter expresso; & ad Rom. 1. vocatur *Scriptura sancta* & 2. ad Timoth. 3. *Sacra Littera*: tum ratione Auctoris, præsertim principalis: tum ratione materiæ & finis. Passim & vulgò appellatur Biblia. Interdum etiam dicitur Testamentum: quia in eo testata sit nobis mens Dei, pactaque & fœdera ejus cum hominibus, ac denique legatur eis æterna hereditas. Unde dividitur Scriptura in Paginam Veteris & novi Testamenti. Aliquando etiam apud veteres Patres vocatur instrumentum; partim quia instruit nos, partim quia Deus illa tamquam instrumento utitur ad docendum nos, & mentem voluntatque suas nobis indicandas, partim quia est authenticum scriptum continens fœdus Dei cum homine; prout etiam Scripturæ authenticæ quæ continent hominum conventiones & pacta, dicuntur instrumenta.

Cur dicatur Testamentum.

Cur instrumentum.

2. Quid sit canonicam vel authenticam.

Scriptura sacra præterea cognominari solet Canonica, à voce Canō seu regula. Quod quidem eatenus verisimè dici potest, quatenus ipsa est Canon seu norma fidei nostræ, cui benefactus (inquit Petrus Epist. 2. c. 1.) attendentes, quasi lucerna lucens in loco caliginoso. Estque Scriptura sacra hæc ratione Canonica, eo ipso, quod sufficienter fuerit tamquam talis nobis per Ecclesiam proposita, seu eo ipso quod authenticè de ea constet, quamvis Ecclesia nullum rexuisset de libris sacris Catalogum. Unde antequam hoc factum esset, uti etiam tempore Veteris legis, ante editū Canonem Judæorum, erant Scripturæ hoc sensu Canonicae. Quare Scripturæ libri, ab Ecclesia declarati velut divini, vocantur authentici. De facto autem nulli sunt tales, præter illos, qui in indiculo seu Catalogo ab Ecclesia confecto, qui Canon dicitur, sunt recepti; quique inde vulgò Canonici dicuntur. Distinguntur sic contra libros Apocryphos, quos scilicet Ecclesia intra Canonem non admisit, seu non approbavit, sed vel positivè rejecit, vel circa quos negativè & suum judicium circa eos suspendendo se habuit. Et consonat etymologia Græcæ vocis, idem significatis, quod absconditum seu occultum, quia scilicet libris illis non adest publica auctoritas Ecclesiæ. Interdum tamen strictius sumptum reperitur hoc nomen, ut ij dumtaxat libri dicantur apocryphi, quibus aperti aliqui errores sunt immixti, ideoque in Ecclesia occulti manebant, sive in ea non legebantur: non autem illi, qui etsi in Canonem non essent admissi, tamen Ecclesiastici erant & in Ecclesiis legebantur: prout illud nomen accipit *Rossinus in Symbolo*.

Qua Scriptura dicantur apocrypha.

3. Quando, & quo confectus Canon.

Canon Scripturarum divinarum est duplex, Hebræorum scilicet, & Christianorum, seu Ecclesiæ, Prior juxta communem

opinionem confectus est post captivitatem Babylonicam ab Eldra & Concilio magno. Indubiè namque ejus conficiendi potestas erat poenes Judæorum Pontificem adhibito Concilio seniorum & Sanedrim; cujus nimirum rei omnium gravissimæ judicium Pontifici & Sacerdotibus conveniebat; sicuti Pontificum & Sacerdotum erat judicare inter lepram & lepram, *Levit. 13.* uti etiam Pontificis erat omnem de Lege controversiam, dubio aliquo exorto, dirimere, *Levit. 17.* Hunc Canonem recenset *Hieronymus in Prologo Galeato* (qui habetur ad calcem Bibliæ) dividitque in viginti duos libros juxta numerum litterarum Alphabeti Hebraici; etsi alii in re non dissentientes numerent viginti quatuor, librum Ruth à libro Judicum, & Thronos à Prophetia Jeremiæ separantes; alii numerent viginti septem, juxta numerum itidem litterarum Hebraicarum (quarum quinque sunt duplices, quatenus earum in fine dictionum diversa est figura) dividentes Jeremiam ut supra; & Libros Samuel & Melachim (quos Regum vocamus) statuentes velut quatuor libros Paralipomenon tamquam duos, sicut & Eldra. Partitionem ejusdem Canonis in Legem, Prophetas & Hagiographa, vide in *Prologo Galeato*.

Hebræorum, quos libros continent.

In hoc autem Canone non habentur Tobias, Judith, Sapientia, Ecclesiasticus, Baruch, Libri Machabæorum. Quos proinde hoc titulo rejiciunt passim Hæretici recentiores. Ridiculè sane, quasi circa confactionem Canonis sit minor potestas Ecclesiæ, quam Synagogæ, cum tamen Ecclesia juxta Apostolum 1. ad Timoth. 3. sit columna & firmamentum veritatis, contra quam portæ inferi numquam poterunt prævalere juxta Christi p̄missionem *Matt. 16.* Ut proinde meritò Ecclesia jam cum hanc potestatem usurpaverit; sine cujus auctoritate nec ipsi libris sacris esset firmiter deferendum, dicente *Augustino lib. contra Epist. Fundamenti cap. 5.* Ego verò Evangelio non crederem, nisi me Ecclesiæ Catholica commoveret auctoritas. Et infra de Actuum Apostolorum Libro subdit: Cui libro necesse est me credere, si credo Evangelio: quoniam utramque Scripturam similiter mihi Catholica commendat auctoritas.

4. Qui libri eo non contenti rejiciantur ab Hæreticis & quam infundat.

Adde aliquos ex præfatis Libris, signanter Libros Machabæorum tempore confecti Canonis nondum fuisse conscriptos, sed diu post, ut impossibile fuisse eos in Canonem ab Eldra fuisse relatos. Quod si fides tribueretur *Genebrardo* passim relato libri in Canone præfato Judæorum omitti forent postmodum eidem adscripti. Idque probatur variis Hebræorum testimoniis & traditionibus. Sane *Josephus lib. de Machabæis in fine* dicit historiam illam in sacris Scripturis contineri. Ut proinde, si non fuerint hi libri in Canonem publicè admissi (prout plerique putant) certè non rejeciti;

5. Notanda circa Canonem Judæorum & Christianorum quod non contentos.

rejeſti, ſed magna etiam apud Judæos, etſi non apud omnes parſis, auctoritatis extiterunt.

6. *6. Ceteros Chriſtiſſimorum quos libros continent.*

Canon Chriſtianorum continet omnes libros cōtentos in Editione vulgata Bibliæ, recogniti a Juſſu Sixti & Clemētis VIII. Quorum omnium indicem texuit *Concilium Tridentinum ſeſſ. 4.* poſtea ſubdens: *Si quis autem libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia Catholica legi conſueverunt, & in veteri vulgata Editione Latina habentur, pro ſacris & Canonicis non ſuſceperit, anathema ſit.* Eumdem Canonem jam ante cōfecerat *Florentinum in Inſtr. Armenorum, Carthaginienſi III.* (cui interſuit & ſubſcripſit *Auguſtinus*) can. 47. Idem probatus eſt à *Gelaſio I* cum Concilio Romano ſeptuaginta Episcoporum, & ante hos omnes traditus à *Innocentio I.* Episc. 3. ad *Exuperium*.

Immo adhuc antea à *Nycæna Synodo* eſſe conſectum aliquem Canonem Sacrorum Librorum, aperte inſinuat *Hieronymus Præfat. in Librum Judith*, de eodem dicens: *Sed quia hunc librum Synodus Nycæna in numero ſanctarum Scripturarum legitur computaſſe, &c.* Aſt hunc Canonem, uti & quosdam alios, excidiſſe tradit *Baronius* ad *Annum 325.* Ut proinde hinc ſtatui nequeat certa regula fidei, cū ignoretur qui pæciſe Libri fuerint in iſto Canone poſiti, & quibus verbis, an ſcilicet per modum decreti, vel adjecto anathemate, ad per modum ſimplicis enumerationis, quæ non tolleret omne dubium; præſertim cum *Hieronymus ſuprà* non obſtante Canone Nycæno præmittat de libro *Judith: Cujus auctoritas ad roboranda illa, quæ in contentionem veniunt, minus idonea judicatur.* Similia de illo habet *Præfat. in Proverbia*.

7. *Libros ſacros Nonnulli partiantur in Protocanonicos & Deuterocanonicos, pari hodie auctoritate.*

In hoc porro Eccleſiæ Canone continentur non ſolum libri illi, de quorum divina auctoritate nunquam fuerat in Eccleſia Catholica dubitatio (qui à Nonnullis Protocanonicis dicuntur) ſed etiam varii, de quibus aliquando inter Nonnullos etiam Catholicos Scriptores ſeu Patres fuerat diſceptatio ſeu opinionum differentia; qui propterea Deuterocanonicis à quibusdam vocantur, & hodie habere debent æque infallibilem auctoritatem apud omnes, qui fidem Catholicam profiteri volunt. Quamvis etiam olim magna vel potior pars Eccleſiarum ſeu Patrum hos receperit pro legitimis Scripturis, ſive eos ponendo in Canone, ſive eos allegando ad confirmationem dogmatum fidei: atque etiam plerique ex iis, qui ipſos non admiferunt pro Canonicis, tamen ut utiles & ſalutares probarint. Quare iidem in Eccleſiis legi ſolebant ad edificationem plebis, non ad auctoritatem Eccleſiaſticorum dogmatum conſervandam; ut loquitur *Hieronymus Præfat. in Proverbia* de libris *Judith, Tobie, Machabæorum, Sapientia & Eccleſiaſtico.* Qui tamen & ipſe *Hermex Sum. Theol. Pars III.*

non ſemper manſit circa hos libros in eadem ſententia, ut aſſendit *Lorca l. 1. de locis diſp. 3. memb. 3. n. 40.*

Quin immo ipſe *Auguſtinus l. 2. de doctr. Chriſt. c. 8.* etſi admitteret pro Canonicis omnes libros in *Tridentino* recenſitos, tamen quia res de quibusdam Scripturis non erat apud omnes extra controverſiam, nondum exiſtente tam ſolemnis univerſalis Eccleſiæ approbatione, præſcribit Scripturarum indagatori, ut eas, quæ ab omnibus accipiuntur Eccleſiis Catholicis, præponat eis quæ quædam non accipiunt; & inter has, eas, quæ plures gravioresq; accipiunt. Quæ differentia modò ceſſat, ut patet. Quare etiam modò non eſt curandum, an vel quid Nonnulli veteres Patres aut Scripturæ Interpretes de quibusdam libris ſacris ante apertam Eccleſiæ definitionem cenſuerint; ſicut nec curandum eſt in aliis materiis, ali quando in Eccleſia dubiis, & poſtea ab eadem definitis, examinatis penitus Eccleſiarum, præſertim Romanæ, traditionibus, & contrariis opinionibus paulatim antiquatis, Spiritu ſancto ſic ſuaviter regente Eccleſiam & docente omnem veritatem.

8. *Regula ab Auguſtino tradita eſt præſentem materiam declaratur.*

9. *Non curandum, quid ante apertam Eccleſiæ declarationem Nonnulli cenſuerint.*

Attamen valdè mirum eſt, quòd etiam poſt definitionem Concilii Tridentini *Sixtus Senenſis* vir alioquin doctus & Catholicus *lib. 1. c. 8. Biblioth. ſacra* rejecerit poſtrema capita libri *Eſther*, incipiendo ab iſtis verbis *cap. 10. Dixitq; Mardocheus: Ara capita Deo facta ſunt iſta.* Cū tamen *Tridentinum* volens dirimere omnes priores controverſias ac dubia, loquatur de libris à ſe enumeratis, addendo, *cum omnibus partibus ſuis; item, prout in Eccleſia Catholica legi conſueverunt,* in quâ ex *c. 13.* legitur *Epitola feria 4. poſt Dom. 2. Quadrageſimæ, & in Miſſa contra Paganos, & ex c. 14. recitatur Oratio Eſther in Offertorio Dom. 22. poſt Pentecoſten.* Antiqui etiam Patres numerantes librum *Eſther* inter Canonicos, de eo locuti ſunt, prout tunc apud Eccleſiam exſtabat atque in uſu erat, nempe juxta Editionem *Septuaginta;* tunc autem trãſlatione *Hieronymi* necdum pervulgatâ, erant ſuis locis intertextâ capita, quæ poſtea ſuis ſedibus avulſit *Hieronymus,* & in fine libri poſuit, eò quòd in Hebræo non haberentur. Quamvis etiam credibile ſit olim in Hebræis Codicibus exiſtiſſe; & quibus utique ſe ſua adferre teſtatur *Joſephus l. 10. Antiquit. c. 12,* qui tamen *lib. 11. c. 6.* nonnulla ad verbum refert ex *Epitolis Aſſueri* in præſatis poſterioribus Capitulis contentis. Ut omittam, quod pari jure potuiſſet (quod tamen non fuit auſus, nec ullus Catholicorum auderet) *Sixtus Senenſis* rejicere *Canticum Trium Puerorum, Hiſtoriam Suſannæ, Belis, & Draconis interfecti;* quæ ſimiliter in Hebræo non habentur.

10. *Sixtus Senenſis poſt Tridentinum adhuc rejecit poſterioribus capitulis libri Eſther.*

11. *Refutatur.*

Itaque omnes Catholicos illas quoque *Danielis* indubitanter admittunt & *Tridentinum*

10. *Non dubitandum de*



quibusdam
partibus
Danielis.

num. Eademque leguntur nunquam & antiquitus, maxime Cantum Puerorum, in Ecclesia; & vulgata ante Hieronymum Editio eas continebat, adeoque Concilia & Patres antiquiores Daniele simpliciter recipientes loquebantur de eo, prout tunc erat in usu Ecclesiarum. Ipse quoque Theodotion has partes (quas ex ejus translatione Ecclesia recepit) in Hebræo transtulit, ut proinde ante Hieronymi tempora eas Chaldaicè vel Hebraicè scriptas extitisse, credendum sit.

11.
Difficultas
soluitur de
tempore quo
contigit hi-
storia Su-
sanna.

Historia porro Susannæ (quæ, ut cap. 13. refertur Daniele adhuc adolescentiore contigit, sub initium captivitatis Babylonicæ) secundum ordinem historiarum ponenda esset circa initium libri; ideoque in Codicibus Græcis caput 13. est initium Danielis. Postrema autem verba Capitis, *Et Rex Astiages appositus est ad Patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum ejus,* sunt ibi initium capitis 14. Et planè non pertinent ad tempus Historiæ Susannæ, sed ad narrationem cap. 14. sequentem: cum Babylon à Persis capta fuerit, Daniele jam senè.

Difficultas
alia solvi-
tur ex au-
plici Da-
nielis in la-
cum missio-
nis.

Similiter optimè quadrat missio Danielis in lacum semel à Dario propter orationem ad Deum Israël factam, & tunc (ut dicitur c. 6.) mansit unicâ nocte; secundò à Cyro ob interfectum Draconem, & tunc (ut habetur c. 14.) permansit in lacu sex diebus.

12.
Explicatur
obsectio de-
sumpta ex
paranoma-
sia schini
& prini.

Denique vetus obsectio contra auctoritatem Historiæ Susannæ desumitur ex allusione Græcorum nominum seu paranomasia schini & prini (quorum illud Latine lentiscum, hoc ilicem, aut certè ilicis quoddam genus significat) ad Græcum *χίνας*, hoc est, scindere, & *πρίνας*, hoc est, secare; nam hæc allusio fundatur in vocibus Græcis, cum tamen constet Daniele & duos senes Chaldaicè vel Hebraicè esse locutos. Respondetur autem breviter, Interpretem Græcum vertisse, non ad verbum, sed ad sensum. Sicut Evangelistæ dicta Christi aut aliorum referentes diversis sæpè verbis usi sunt, etsi optimè in re consonantes. Prout etiam Historia Job, etsi rhythmicè descripta, non vertitur in dubium, quamvis Job & amici non fuerint carmina locuti. Fides enim historiarum non exigit, ut quæ narrantur ab alio dicta, iisdem prorsus vocibus referantur, sed satis est, ut narretur res eadem vocibus idem significantibus. Itaque instantem vindictam, quam Senibus in mendacio deprehensis Daniel prædixit, sive cum allusione Hebraico aut Chaldaico idiomati congruâ, & nobis ignotâ, sive sine illa, Græcus Interpretes narrat gratâ quâdam in Græco idiomate allusione, ad idem significantium tendente. Conatur præterea *Lorca sup. num. 33.* eruere è vocabulis Hebraicis, idem quod prinus & schinus Græcè significantibus; aliquam non planè dissimilem, sed ad idem significantium

vergentem allusionem. Vide ipsum.

Contra auctoritatem Libri Judith racione videtur, quod historia contigisse referatur c. 1. tempore Nabuchodonosor Regis Assyriorum, qui pugnavit contra Arphaxad regem Medorum; quod non consistit cum eo, quod c. 5. significatur Israëlitas nuper reverbos esse à captivitate, cum tunc Regnum Assyriorum fuerit dudum destructum. Respondet *Estius in Notis ad cap. 1. Judith,* & Nonnulli alii, historiam contigisse solutâ captivitate Babylonicâ post tempora Dærii, sub quo templum (cujus fit mentio c. 4.) restauratum fuit; ideoque nullam Regis Israël vel Juda sibi mentionem, sed tantum summi Sacerdotis Eliacim seu Joakim, qui videtur filius Josue Sacerdotis magni (qui aliàs Jesus dicitur, filius Josedech) sub quo aedificatum est templum, ut colligitur ex 2. Esdræ c. 2. Nabuchodonosor autem videtur successisse Dario. Porro regibus Persarum destructo Chaldæorum imperio apparet fuisse hoc nomen commune, uti regibus Ægyptiorum nomen Pharaonis. Dicitur verò rex Assyriorum, quia scilicet erat rex tum illorum, tum Persarum & Chaldæorum; uti etiâ Darius Persa vocatur rex *Assur* 1. Esdræ c. 5. Alii tamen passim cum *Melchioro Cano, Bellarmino, Sylvio,* historiam referendam censent ad captivitatem, quâ Manasses cum suis abductus fuerat, vigente adhuc Assyriorum monarchiâ. Quælibet autem responsio non leves patitur difficultates. Vide Auctores citatos, signatur *Bellarminum l. 1. de Verbo Dei c. 12.*

Contra nonnullos quoque alios libros, notanter Tobie, & Machabæorum, obijci possunt quædam difficultates: quæ ex professo tractantur ab Interpretibus eorumdem.

De Præfatiuncula Threnorum censent nonnulli esse Scripturam Canonicam, eò quod sit recitata in Bibliis per Sixtum V. correctis, & quidem excusa eodem quo reliqua Scriptura caractere; cum tamen in præfatione horum Bibliorum dicatur in iis nihil non esse canonicum, nullasque præfationes sacris libris esse additas, extra videlicet contextum ipsius sacræ Scripturæ. Quæ tamen argumenta non omnino convincunt. Et his non obstantibus contrarium existimât *Sixtus Senensis, A Lapide, Bellarminus supra c. 20.* & alii passim etiam *Tridentino* posteriores. Non habetur quoque hæc præfatio in Hebræo, uti nec in multis antiquis codicibus Latinis. Neque ejus meminerunt antiquiores Threnorum Commentatores. In hebdomada quoque sancta legitur initium Threnorum, at non præfatiuncula. Dubitatur insuper à Nonnullis, num Threni sint instar Prophetiæ descripti ante captivitatem; cuius tamen oppositum in præfatiuncula dicitur. Unde conitatur esse dubiam, adeoque ad iudicium illius descendendam, cuius est ju-

13.
Difficultas
obijci solita
contra Li-
brum lu-
dib.

14.
Quia cen-
sendum de
Præfatiuncula
Threnorum.

est iudicare de auctoritate & sensu Scripturarum.

15. De quibusdam libris aut librorum novi Testamenti paribus olim fuit apud Nonnullos dubitatio, scilicet de Epistola ad Hebræos, item de Epistola Jacobi, Judæ, Secundâ Petri, Secundâ & Tertiâ Joannis, Apocalypsi, Marci capite ultimo, Historiâ Luca 22. de Sudore Christi sanguineo; & Angelus confortantis apparitione, denique de Historia adulterii Joann. 8. Sed sine solido fundamento, ut latius deducit Bellarminus l. 1. de Verbo Dei c. 16. & seqq. Serarius, Sylvius, & alii. Neque modò est dubitandi locus post Ecclesiæ definitionem.

16. Præter libros Canonicos fuit Varii Apocryphi, de quorum Nonnullis aliquando fuit dubitatum, an essent in numero sacrarum Scripturarum habendi; ut sunt liber tertius & quartus Esdræ, liber tertius & quartus Machabæorum, Oratio Manasse, Appendicula quædam Job, quæ in versione Septuaginta, etiam eâ, quam Romæ editam probavit Sixtus V. habetur ad finem libri, & agnoscitur a plerisque Patribus, Appendicula quædam Palterii seu Plalmus 151. Constat nihilominus eas Scripturas non pertinere ad Canonem à Tridentino præscriptum, neque contineri in Bibliis per Sixtum V. correctis. Nisi quod Oratio Manasse, ac tertius & quartus liber Esdræ ad calcem illorum diverso characterè sepositi sint, ne proflus interirent, quippe qui à Nonnullis Patribus interdum citantur, & in aliquibus Bibliis tam M. S. quàm impressis reperuntur.

17. Neuter horum reperitur apud Hebræos; quartus nequidem apud Græcos, apud quos tertius ponitur ordine primus, illi autem qui sunt apud nos primus & secundus, sunt apud Græcos unum volumen dictum liber secundus Esdræ. In quarto etiam libro continentur cap. 4 & 5. Nonnulla, quæ sapiunt errorem, quod nempe animæ Bætorum non sint visuræ Deum ante diem iudicii. Et cap. 6. continentur quædam fabulosa de duobus piscibus, Henoch & Leviathan die quintâ Deo creatis, quibus capiendis non sufficiebant maria. Et cap. 14. dicit nonnulla de senectute & ætate mundi, ex quibus, si vera forent, apertè sequeretur, jam pridem mundi finem advenisse. Sua nihilominus manet, tertio præsertim libro, etsi non Canonica, auctoritas. Uti etiam non caret gravi auctoritate historicâ tertius & quartus Machabæorum, & maximè tertius (qui spectando seriem rerum narratarum esset primus, utpote describens ea quæ quinquaginta amplius annis ante acta Machabæorum contigerunt) qui veteribus Bibliis frequenter additus reperitur. Immo Clemens can. 84. aliàs 85. Apostolorum refert in Canonem tres Machabæorum libros. Sed Canon iste est apertè suppositivus, uti & Ca-

Notanda circa Cano-

non 65. aliàs 66. Unde quinquaginta priores tantum velut authentici recipiuntur *nes Aposto- dist. 16. c. 33.* Quibus quidem continentur sexaginta (vel ut alia Lectio habet) septuaginta sententiæ quas ab Apostolis esse præscriptas refert *Zephyrinus Papa Epist. 1.* sic ut uno Canone plures sententiæ comprehendantur. Nec refert, quod in *VI. Synodo can. 2.* probentur octoginta quinque Canones Apostolorum: nam id factum est in spuria VI. Synodo, vulgò Quini-sexta seu Trullanâ, per Ecclesiam reprobata. Accedit quod *Can. 84.* citato non solum omittitur Apocalypsis Joannis, sed è contrâ inter sacros libros recensentur duæ Epistolæ Clementis, ejusdemque Constitutiones Apostolicæ, quos tamen libros Ecclesia nunquam pro Canonicis recepit. Unde ob nonnullos Canones suppositivis, Gelasius Papa in Concilio Romano Librum Canonum Apostolorum inter Apocryphos recensuit. Vide annotationes *Francisci Longi* in Canones Apostolorum.

Oratio Manasse, pia & humilis quidem est, nec tamen reperitur Græcè vel Hebræicè. Unde etsi constat Manassem in afflictione Deum orasse, ejusque orationem esse scriptam in libro sermonum Regum Israël, & Sermonibus Hofai, non constat tamen esse illam, quæ circumfertur. Unde hæctenus inter scripta apocrypha est censenda.

Appendix Job magnæ est auctoritatis ob præmissa *num. 16.* & alia fundamenta; etsi non habeatur modò ab Ecclesia pro Scriptura Canonica. Quemadmodum neque approbavit Ecclesia tamquam Canonicum Plalmum 151. qui etiam nescio quid adulterinum redoleret; etsi habeatur in Græcis Codicibus, & sit apud Græcos tamquam Scriptura Canonica. Quod si Ecclesia, quæ hæctenus judicium suum suspenderit, re maturius examinata deprehenderet aliqua ex iam præmemoratis scriptis esse verè divinitus inspirata, posset consequenter aliquod ejusmodi apocryphum scriptum non positivè rejectum fieri Scriptura Canonica, uti posset articulus antea non definitus postea declarari tamquam de fide. Plures alias Scripturas apocryphas, & jam olim veluti spurias ab omnibus rejectas, immo hodie non extantes, recenset Gelasius in Concilio Romano & reteruntur *Can. Sancta Romana dist. 15.*

Petes, an aliquæ Scripturæ sacræ perierint? Resp. Affirm. cum *Athanasio in sine Nonnulla Synopsis, Chrysostomo Homil. 9. in Matth. & Scriptura Hom. 7. in 1. ad Corinth. (quem imitantur sacra perierunt. Theophylactus & Euthymius) Bellarmino l. 4. d. Verbo Dei c. 4. & recentioribus Doctores, contra Salmeronem, To. 1. Prolegom. 9. c. 4.* Et satis colligitur ex libris in sacra Scriptura citatis, qui modò exciderunt; prout in libris Paralipomenon citatur liber Samuelis Videntis, libri Nathan Prophetæ, *Quod ex variis in ipso veteri le-*

*in memora-
tu declaratur.*

liber Gad Videntis, liber Abiæ Eilonitis, qui etiam fuit Propheta, liber vel Visio Ado Videntis de gestis Salomonis, item de gestis Roboam ejusque filii Abiæ, liber Semeiæ Prophetæ, liber Jehu filii Hanani, Sermones Hozai, Res gestæ Osæ regis Juda descriptæ ab Isaia, de quibus in ejusdem Prophætia nihil habetur. Item in libris Regum fit mentio alterius Scripti Samuelis de lege regni, & trium millium parabolarum Salomonis, atque Canticorum quinque & mille. Et 2. Machab. 2. fit mentio descriptionum Jeremiæ. In libris quoque Regum & Paralipomenon sæpè relatio fit ad librum Regum Juda & Israël, diversis, sed affinis verborum formulis, idem fortè volumen denotantibus. Non videtur autem dubium, quin Cantica & Parabolæ Salomonis, quæ interciderunt, fuerint ex inspiratione Spiritus sancti, uti quæ supersunt: quidquid sit de ejusdem naturalibus, ad fidem & morum ædificationem (qui est Scripturæ sacræ scopus) nihil conferentibus. Similiter dubitari non potest & aliis Prophetarum Scriptis, præsertim qui appellantur Prophetæ seu Videntes, immo quorum scripta interdum citantur sub nomine Visio- nis; ut Visio Ado Videntis, contra Jeroboam 2. Paralip. 9. quæ est alia ab ea, quæ refertur in libris Regum 3. Reg. 13. facta contra Jerobeam in primis annis regni à viro Dei, in reditu per Leonem occiso; cum Ado multis annis supervixerit, immo diligentissime Gesta Roboam & Abiæ scripserit. Quemadmodum etiam constat ex 1. Paralip. ult. in libris Samuelis, Nathan & Gad, alia fuisse contenta, quam quæ habentur in libris Regum.

*Hæc de non-
nulli dubi-
sari possent.*

De aliquibus tamen ceterorum Prophe- tarum, ut Isaie &c. scriptis, non est ita manifestum, quod sint distincta à libris Regum quos habemus, quæ à diversis Prophe- tis successivè scripti sunt. Cui nec satis manifestum est ex Scriptura, an liber Bellorum Domini Num. 21. & liber Justo- rum Johe 10. & 2. Regum 1. fuerint divi- næ auctoritatis. Prout etiam dubitant alii qui de libris dierum Regum Israël & Ju- da. Similiter dubitari possent de libro Ja- sonis Cyrenæi; cujus abbreviator fuit Scri- ptor libri secundi Machabæorum 2. Ma- chab. 2. sufficere enim possent illum fuisse Scriptorem fidelem, abbreviatorem autem Scriptorem Hag'ographum à Deo adjutum fuisse, ne quid falsum suæ Historiæ immis- ceret.

21. *An interci-
derit Epi-
stola Pauli
ad Laodi-
conenses.*

Denique in novo Testamento ad Coloss. 4. fit mentio Epistolæ Laodicensium. Ideo- que Bellarminus supra certum putat Epi- stolam Pauli ad Laodicenses intercidisse. Sed rectius negant ceteri, censentes Apo- stolum loqui de Epistola ipsorum Laodi- censium ad Paulum: adeoque inde non

constare, Apostolum ad Laodicenses ali- quam Epistolam scripsisse. Vide *Estium ibi.* Idem nihilominus in 1. ad Corinth. 5. colligit Paulum aliam adhuc antea Corinthiis Epi- stolam scripsisse, & omnino certum putat Apostolos plures Epistolas scripsisse, quæ perierunt, antequam ad publicam Eccle- siæ notitiam pervenirent. Vide ipsum ibi. In Canonica Judæ verò citatur Prophætia Enoch. Sed eam Nonnulli cum Hierony- mo volunt desumptam ex libro Enoch pa- tenter apocrypho; sicut etiam Apostolus Paulus interdum citat aliquam sententiam profanorum Poëtarum, quorum tamen librum integrum non probat. Verùm constat Apostolum non confirmare absolute suam doctrinam ex hujusmodi Poëtarum dictis, sed ea (quæ tamen in speciali per hoc accipiunt infallibilem veritatem) so- lum referre ad hominem, ut Ethnicos ex propriis Auctoribus convinceret. At Judas loquitur de vera Prophætia (sic enim vocat.) Enoch, idque ad fideles, apud quos apocrypha nullius erant roboris. Unde alii censent ipsum loqui de vero scripto pro- phætico Enoch, quod tamen interciderit, aut certè postea fuerit adulteratum.

*Quid cen-
sendum de
Prophætia
Enoch.*

Si verò quærat, unde acciderit tot sacros libros periisse. Responderi potest id accidisse, partim ex incuria Judæorum in iis in sua puritate conservandis, partim ex quorundam adulterantium eos vel de- struentium malitiâ, præsertim impiorum regum (qualis ante poenitentiam fuit Ma- nasses)olorum legis Dei, & cultorum Baal ceterorumque idolorum, partim ex deva- vastatione Urbis ac templi Jerosolymitani per Chaldæos, & postea per Antiochum E- piphaniem, qui etiam mirè in libros sacros lævit, ut patet 1. Machab. 8.

22. *Qui contu-
derit tot sa-
cros libros
periisse.*

Hos autem libros perire Deus permisit, sive quia deinceps erant minus utiles aut necessarii, sive quia referebant alibi rela- ta, sive quia reliqui sufficiebant doctrinæ fi- dei & morum, sive quia prævidebat mul- tos eis abufuros ad errores vel malum fi- nem. Sanè constat Deum permisisse, ut tot ante Christum sæculis perierint Tabulæ legis & Arca foederis, ut multa Prophe- tarum & Apostolorum dicta nūquam scri- pta fuerint. Immo plurima ipsius Christi gesta & dicta non sunt scripta; & quæ scripta sunt, dudum post formatam Eccle- siam, præsertim Evangelium S. Joannis: prout etiam Ecclesia multis annis in prin- cipio caruit litteris Apostolicis & Apoca- lypsi, atque etiamnum caret Actis postre- mis Pauli, & sine gravi præjudicio nonnul- lis quæ supersunt carere fortasse possent. Ni- mirum, quæ restant, sufficiebant doctrinæ fidei & morum, ac saluti fidelium. Nec est timendum, ne Ecclesiæ, quæ est fidelissi- ma custos sacri depositi, culpâ quidquam pereat; esto non tanta fuerit fidelitas tem- pore Synagogæ.

23. *Cur Deus
id permisit.*

Si ulte-

24. Si ulterius quaeratur, an Esdras soluta captivitate Babylonica omnes libros sacrae Scriptionis, qui capti ac eversa à Chaldaeis urbe, temploque incenso perierant, restituerit? Resp. ita quidem sentire illustres Patres, *Basilium, Hieronymum, &* ante ipsos *Irenaeum ac Tertullianum*. Et satis disertè idem asseritur *Esdrae 14*. Qui tamen liber apocryphus est. Et aliunde haec de re nullus Hebraeorum facit mentionem. Mirum quoque videtur, nullum sacrum Codicem fuisse servatum à tanto sacerdotum numero, neque etiam ab ipso Hieremia, cui summa dabatur libertas, etiam abscondendi Tabernaculum, Arcam foederis & Altare incensi. Et saltem in priori transmigratione facta sub *Josedim* longè majori quiete, quàm abductus est *Ezechiel*, *Daniel* aliique primarii viri, facile erat aliquem sacrum Codicem asportare in Babylonem, adeoque ita factum merito praesumitur. Immo *Iosephus l. 11. Antiquit. c. 11.* fert *Cyrum* permotum ad solvendam captivitatem, offensam sibi prophetià *Isaiae c. 45.* in qua sermo nominatum erat de ipso *Cyro*. Ob quæ & similia censet *Baronius Pererius, Serarius, Bellarminus l. 2. de Verbo Dei c. 1.* Esdras divinâ directione & inspiratione libros sacros in meliorem ordinem redegit, à mendis expurgasse, characteres denique Hebraicos, ne cum Samaritanis convenirent, immutasse. Quod si etiam libros sacros ex memoria restituisset, adhuc non sequitur restituisse omnes, qui aliquando extiterant, sed illos solos, quos Deus restitui voluit, vel qui immediate ante, non autem qui antecederent perierat.

QUESTIO II.

De Scriptoribus sacris, modo ac stylo Scriptionis.

25. Nunc de ipsis Hagiographis Scriptoribus librorum Canonicorum pauca dicenda sequuntur. Et in primis manifesti sunt Auctores multorum librorum, non tam ex titulo (qui non est pars libri) quam ex principio eorumdem, prout fecit initium Prophetiarum prodit suos vulgatos Auctores; sicut & initia Proverborum atque Ecclesiastice auctorem Salomonem. Idem faciunt initia Epistolarum Apostolicarum ferè omnium (idem est de Apocalypsi Joannis) etsi Paulus interdum addat secundario alterius alicujus nomen, v.g. *Sothenis*, in Prima ad Corinthios, *Timothei*, in Secunda ad Corinthios, in Epistola ad Philipenses, ad Colossenses, & ad Philemonem; item *Silvani* & *Timothei* in utraque ad Thessalonicenses. Interdum etiam in apparet ex decursu libri, prout passim in Prophetia Danielis loquitur ipse de se in prima persona, *Ego Daniel*; item Angelus refertur loqui

ad ipsum *Danielem*. *Esdras* quoque auctor libri primi *Esdrae* sup nomine appellatus à rege Chaldaeorum, paulò post de se ipso loquitur in prima persona *cap. 7.* uti etiam facit *c. 8. & 9.* Idem facit *Nehemias* auctor secundi libri (qui idcirco apud Hebræos liber *Nehemiae* dicitur) passim in toto libro; immo & in primis libri verbis se auctorem indicat. Similiter ex *c. 50. Psal.* constat auctorem Ecclesiastici esse *Jesum filium Sirach*.

Ex Traditione certa Ecclesia, quam exhibent Concilia & Patres, constat Salomonem esse auctorem Cantici Canticorum; quatuor Evangelistas vulgatos esse auctores, sui respectivè Evangelii, quod eis ascribitur; *Lucam* esse scriptorem Actuum Apostolorum, quos & Evangelium *Lucæ* habere eundem auctorem constat ex utriusque principia. Similis videtur traditio de tribus Epistolis Canonicis, quæ Joannis dicuntur; uti & de auctore Epistolæ ad Hebræos, quod scilicet sit *Paulus* auctor, sub cuius etiam nomine recipitur à *Tridentino & Florentino*, & antiquitus à *Gasasio 1. in Concilio Romano, Innocentio 1. Epist. 3. Concilio Laodicensi & Carthagenensi III.* & reliquis ferè Patribus, praesertim Græcis, etsi olim à quibusdam Latinis videatur non fuisse admisa, aut in dubium vocata, sine solido tamen fundamento, tam quoad auctoritatem divinam, quam quoad auctorem.

Liber Psalmorum titulo Auctoris caret, vulgò tamen, immo etiam à *Concilio Tridentino sess. 4.* Psalterium Davidicum appellatur, & Psalmi omnes passim sub nomine Davidis citantur, etiam frequenter ab iis, qui Davidem aliquorum putant non esse auctorem, eò quòd videlicet vel omnium vel saltem plurium & praecipuorum sit auctor. Et quidem esse auctorem omnium omnino, etsi in titulo praesertim aliorum nomen, v.g. *Asaph, Filiorum Corè* aut *Idithum &c.* censent *Ambrosius, Augustinus & alii* gravissimi Scriptores. Quorum sententia indubiè valde probabilis est, non tamen certatim proinde *Origines, Athanasius, Hieronymus, & alii*, tum veteres, tum recentiores, contrarium quoque probabiliter sentiant, etsi ad particulares Psalmos descendendo non per omnia invicem consentientes. Fundamentum est, quòd non tantum liber Psalmorum titulo Auctoris caret etiam apud Hebræos, ac sine auctoris nomine citetur in novo Testamento, sed etià quòd varii praesertim nomen aliorum auctorum: sic enim varii praenotantur titulo, *Psalmus Asaph*: in quibus etià notatur alius stylus, non adeò facilis & benignus praesertim in Hebræo. Immo Psalmi nomine *Asaph* insigniti undecim subsequuntur Psalmum 71. in cuius fine hæc dicitur: *Defecerunt laudes David filii Jesse*; praeterquàm quòd praecedentibus sit insertus unicus ejusdem tituli Psalmus, scilicet quadragesimus nonus. Nec

26. Quorum auctores dignoscantur ex traditione.

27. An totius Psalterii David sit auctor, incertum.

Multis probabiliter affirmant.

Alii negant.

Fundamentum.

Nec dici potest, quod David omnes quidem composuerit, sed mandandos ab Asaph, qui tempore David noscitur fuisse princeps cantorum: nam etsi hoc verum sit, ubi fit mentio filiorum Core vel Idithum, quorum tamquam cantorum fit interdum mentio in titulo, addito interdum nomine David aut Asaphi tamquam auctorum, tamen id non habet locum in Psalmis simpliciter Asaph inscriptis (Idem apparet de Psalmo 87. inscripto Eman, & sequenti inscripto Ethan, & Psalmo 89. cuius est titulus: *Oratio Moysi hominis Dei*) maxime cum 2. Paralip. 29. dicatur *praecepisse Ezechias & principes Levitis, ut laudarent Dominum sermonibus David & Asaph Psalms seu Prophetas;* quod planè indicat utrumque esse auctorem, non enim sic loqueretur Scriptura, si Asaph tantum Psalmos concinisset, aut carmine metrico reddidisset, neque idem nomen Prophetas sortiretur.

28. His itaque Psalmis saltem exceptis, dici posset ceterorum auctorem esse Davidem, etiam illorum qui titulo carent; ut de Psalmo 2. (qui titulo caret) manifestè patet ex *Act. 4.* Idemque est de iis, quorum titulus est: *Ipsi Davia*, seu Davidi; nam varij ex his referuntur tamquam ipsius Davidis in novo Testamento; ut patet *Act. 2. Ad Rom. 4. Ad Hebr. 4.* Idipsum patet ex ipsomet titulo Psalms 17. Nec mirum, quod cum post Epigraphen Psalms 7. *Desecerunt laudes David;* dein subsequentes nonnullos Psalmos Asaph inscriptos, rursum subjungatur Psalms 1. indubitat ipsius Davidis; hoc enim accidisse potuit ex eo, quod post primam collectionem credibiliter ab Ezechia rege factam, aliquis alius, fortè Eidas, omisos Davidis Psalmos ceteris adiecit.

29. De auctore Pentateuchi non potest etià dubitari, quin sit Moyses, demptà saltem parte modicà, eà videlicet, in qua *Deuteronom. ult.* mors ejusdem describitur; quam tamen *Josephus & Philo* volūt etiam ab ipso Moyse prophetice esse descriptam. Sic enim habet perpetua, tum Hebræorum (qui hos quinque libros appellabant legem Moysi) tum Ecclesiæ Christianæ traditio. Id ipsum quoque satis indicatur *Exodi 24. & Deuteronom. 31.* Immo idem videtur clarè asseri *Joan. 1. & 5.*

30. Liber Josue (exceptis iis, quæ de morte ejus referuntur, & nonnullis, quæ post mortem ejus contigerunt, suntque ab alio suppletæ) passim & valde verosimiliter adscribitur ipsi Josue, Moysi successori, uti in principali regimine, ac spiritu sapientiae & prophetico (*Deuteronom. ult. & Eccl. 46.*) sic & in describendis actis sui temporis. Liber Judicum, Ruth & primus Regum usque ad initium capitis 25. adscribitur, Samueli. Residuum verò & Liber secundus ab aliquibus Nathan & Gad, ab alijs Davidi ex incertis conjecturis adscribitur. Uti & incertum est, quis sit auctor tertii & quar-

ti libri, & an unus sive Jeremias, sive Eidas, sive alius, vel plures Prophetas diversis temporibus viventes. Similiter Librum Judith Joachim Pontifici; Librum Esther Mardochæo ex *cap. 9. & 12.* Varii tribuunt: Librum Job aliqui Moysi, alii ipsi Job cum *Gregorio Præfat. in Job c. 2. ult. 1.* tribuunt, sic tamen ut Moyses è Syriaco illum transtulerit in Hebraicum, cum quorundam Syriacorum (quibus autographum scatebat) immixtione. Librorum Paralipomenon, quasi derelictorum, sive omisorum, in libri scilicet Regum, auctorem seu collectorem nonnulli conjectant esse Eldram: Libri primi Machabæorum, Joannem Hircanum, qui rebus interfuit, ac summus sacerdos, Princeps & Propheta fuit: Secundi Machabæorum, Judam Mithenem; ex mea tamen conjectura.

31. Liber Sapientiae, veluti Græcè scriptus, à nonnullis Veteribus creditus fuit Philonem Judæum habere auctorem. Sed obstat, quod is post Christum vixit; liber autem hic, utpote veteris Testamenti, sit antea scriptus; in quo etiam prophetice describitur futura Christi interfectio, fitque acerba in Judæos interfectores inventio. Ipse quoque *Dionysius Philoni* coævus *l. de Divin. Nom. l. 4. §. 12.* hanc ex *Sap. 8.* sententiam: *Amator factus sum forma illius referens dicit, in prima Scriptura sancta institutionibus invenis.* Ipse quoque Apostolus *ad Rom. 11.* subtilem citat sententiam ex *Sap. 9.* Fuit quidem & alius Philo senior, sed de nullo legitur, præterquam de quodam Ethnico historico, apud *Josephum l. 1. contra Apionem.* Unde Varii Salomonem putant auctorem, præsertim quia *cap. 9.* auctor in prima persona loquens dicit ea quæ manifestè quadrant in Salomonem. Nec obstat Græca styli elegantia, cum non sit verosimile Salomonem Græcè scripsisse: nam inde solum conficitur, esse alium posteriorem Judæum Græcè peritum (incertum, quis fuerit) qui sententias Salomonis collegit ac in istud volumen digessit Græco sermone, solà ferè id ornatis & styli factâ mutatione. Quod quoad pleraque saltem verissimum est.

32. Petes, qualiter se habuerit Spiritus sanctus circa hujusmodi Scripturas eorumque inscriptiones? Resp. potuisse se habere antecedenter & concomitanter. Antecedenter quidem, singula scribenda inspirando; Scriptore nil de suo addente, sed instar discipuli excipiente ex ore Magistri, quæ is dicit; idque vel per revelationem extaticam, sive imaginariam, sive intellectualem, vel per allocutionem seu visionem sensibilem, vel denique per inspirationem internam in vigilia, ipsis Scriptoribus ex lumine supernaturâ perceptam tanquam divinam. Hic modus convenit Prophetis. Concomitanter verò, dum non se habet instar distantis, sed dirigenstis Scriptorem, & im-

& impediētis ne erret. Qui modus juxta plures videtur servatus in historiis rerum visu vel fide dignorum relatu cognitum; v.g. in Evangelis, Actis Apostolorum, libris Machabæorum & similibus. Et in hoc posteriore modo debet Scrip̄tor laborare & ad verba attendere, ac si spiritu humano scriberet. Ideoque 2. Machab. 2. proestatur auctor operis suscepti difficultatem & laborem suum. Secus est in priori modo, dum eadem operâ Scrip̄tor revelationem accipit, & ex dictamine Dei scripto mandat. Quamvis etiam dum ipsudum antecessit, possit Deus verba similiter suggerere, & labore scribentis minueret. Prout conigit Jeremiæ, qui iussus revelationes dudum antea factas scribere Jerem. 36. vocavit Baruch scribam; ipse autem Jeremias ex ore suo loquebatur quasi legens ad me (inquit Baruch) omnes sermones istos. & ego scribebam in volumine atramento. Denique potest consequenter accedere scriptis aut dictis hominis etiam impii ac divini spiritus afflatu desituti auctoritas divina, per hoc quod postea Spiritus sanctus testetur ea esse vera; uti de factis per Apostolum probavit illam Arati gentilis Poëtæ sententiam Act. 17. Ipsius enim & genu sumus. Et istam Epimenidis ad Tit. 1. Cretenfes semper mendaces, mala bestia, ventres pigri.

uti etiam scripti sunt Tobias & Judith, teste Hieronymo in Prefat. etsi hodie Chaldaicè non extant. Excepto item libro Job scripto Syriacè (nempe primus ejus scriptor sit Job, vel aliquis ex amicis ejus) & in Hebræum à Moysè translato: qui tamen suæ translationi nonnulla Arabica, Syriacæque immiscuit. Excepto item libro 2. Machabæorum & Sapientiæ Græcè scriptis, ut ex phrasi eorumdem probat Hieronymus. Qui etiam in Prologo Galatæo testatur se librum primum Machabæorum reperisse Hebraicum, seu potius Syriacum: tunc enim linguâ Syra utebantur Judæi. Neque etiam idem liber Græcam eloquentiam redoler. Ut proinde Hebraicè seu Syriacè scriptum esse, credendum sit. Idemque est de libro Ecclesiastici: quem similiter Hebraicum reperit Hieronymus, ut testatur Prefat. in Proverbia. Auctor tamen Prologi Ecclesiastici (qui est Jesus junior) ex Hebræo seu Syriaco in Græcum vertit ea, quæ avus illius Jesus filius Sirach Hebraicè scripserat: ut colligitur ex ipso Prologo; qui juxta A Lapide & alios non est divina auctoritatis. Chaldaicè quoque vel Hebraicè in Babylonia scriptum esse Baruch, dubitari non potest, etsi in originali idiomate modo non reperitur.

Denique totum novum Testamentum juxta receptam omnium sententiam est scriptum Græcâ linguâ, tempore Apostolorum tum apud Judæos, tum apud Romanos multum vitatâ, & apud plurimas Nationes communi; dempto Evangelio Matthæi, quod linguâ Hebraicâ (qualis tunc erat in usu) scriptum esse habet communis opinio, quam probat Hieronymus lib. de Script. Ecclesiast. Fortè etiam excepto Evangelio Marci, quod Romæ scriptum fuit, & quidem juxta plures (quamquam non sit certum) Latine, prout etiam Latine scriptam esse Epistolam ad Romanos, quidam censent: etsi minus probabiliter ob frequentes idiotismos Græcanicos, quibus scæret Epistola. Multorum etiam opinio est, Epistolam ad Hebræos Hebraico idiomate saltè mixto Syriaco à Paulo conscriptam esse ob conditionem populi ad quem scribebat, & singularem eloquentiam. Non est tamen id certum: nam & aliæ Epistolæ ad Judæos scriptæ, v. g. ad Timotheum, item Jacobi, Petri, Joannis non ideo Hebraicè scriptæ sunt. Stylus præterea eloquentiam Græcanicam redolet, Scripturæ veteris Testamenti citantur in ea ex versione Græca Septuaginta; non autem juxta Hebraicam veritatem, rariores quoque sunt in ea quàm in ceteris Epistolis Hebraicis. Eloquentia hujus Epistolæ singularis in compositorem, sive Clementem, sive potius Lucam, cui Paulus totam eamque abundantem materiam suppeditavit, ordinemque

33. Quo stylo eorumdem in scribendo.

34. Quo idiomate si primus scriptum Vetus Testamentum.

35. Quo No...

nemque dicendorum præscripsit, refertur ab *Estio*, qui in Tractatu specialis, quem præmisit Expositioni hujus Epistolæ de auctoritate & auctore, & idiomate, quo scripta est fuscè agens, hanc opinionem pluribus argumentis confirmat. Quæ nihilominus dissolvere conatur *Sylvius l. 1. Controversiar. q. 2. art. 3.*

QUESTIO III.

De infallibilitate Scripturæ, multiplicique Editione, præsertim Vulgatæ.

36.
Scriptura
quoad omnes
partes
infallibilis est.

CERTISSIMUM est apud omnes Catholicos Scripturam quoad omnes suas partes seu articulos & propositiones esse infallibilem, atque ad eam ipsam esse infallibilem regulam seu normam veritatis. Patet quia (ut præclare *Augustinus Epist. 8. ad Hieronymum*) admissio in tantum veritatis fastidium aliquo mendacio, seu errore, nulla illorum librorum particula remanebit, quæ non, utcumque videbitur vel ad mores difficillimam regulam ad mentientis auctoris consilium officiumque referatur: quæque consequenter non possit in dubium revocari. Ratio velut à priori sumitur ex summa infallibilitate Dei, qui nec falli nec fallere potest aliquid loquendo aut inspirando: *Omnis autem Scriptura divinitus inspirata est, juxta Apostolum 2. ad Timoth. 3. Non enim (ut dicitur 2. Petri 1.) voluntate humana allata est aliquando Prophetia, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines.* Hinc *Ioan. 10. ex Scriptura Christus arguens, ad junxit: Et non potest solvi Scriptura; id est, non potest mendax aut falsa inveniri.*

37.
Nulla pars
illius
humano
Spiritu
in scripta.

Quare ab errore non potest excusari, quod dixit *Erasmus in Annot. ad cap. 2. & 27. Matth.* forsitan aliquos leves errores in Scriptura reperiti. Cui affinis est error aliquorum, qui putarunt quædam in Scriptura esse scripta humano spiritu seu prudentia, v. g. quod de penula scripsit *Apostolus 2. ad Timoth. 4. de hospicio parando in Epistola ad Philemonem; quod de cane Tobie movente caudam habetur Tobie 11. & similibus, quæ levioris putabant momenti, quam ut deceret ea dictari aut inspirari à Spiritu sancto. Sed his occurrit verbis *Chrysostomi Homil. 1. ad Pop. Antiochen. in princip. dicentis: Nec illas quidem, quæ tenues esse putantur, Scripturarum sententias prætermittamus: nam & ipsa de Spiritu gratia sunt. Et juxta *Hieronymum in cap. 3. ad Ephes. Singuli sermones, syllaba apicæ, puncta in divinis Scripturis plena sunt sensibus; aded ut *Basilii Homil. 10. in Hexameron versus finem, audeat & dicat: Intoleranda prorsus & gra-****

vis blasphemia fuerit, vel verbum asserere in Scriptura reperiri otiosum. Itaque nihil positum sine justa ratione; quidquid autem ex ea positum est, leve & minutum censeferi non debet. Apostolus quidem penulam mitti cupit, id est, vestem quamdam imbribus & frigori depellendam aptam, cui erat affuetus, nolens cuiquam esse gravis, ut Varii interpretantur; vel vestem lacram, id est, calulam seu planetam, ut quidam conjectant: vel potius aulam librariam, ut alii explicant, aut etiam ipsum volumen sacrum, veteris scilicet instrumenti, docens suo exemplo, quantum cura debeat Episcopis quantumvis provecis esse studium sacræ Scripturæ. In Epistola ad Philemonem scribit *Apostolus de parando sibi hospitiis, non quod magno apparatu opus esset, aut Paulus de eo magnopere foret sollicitus, sed ut sic Philemon intelligens Paulum brevi venturum, magis vereatur renuere; quæ Paulus in Epistola postulabat. De cane præcurrente & caudam sua blandiente sic mentio *Tobie 11. quia ibi describitur ut nuntius venientis filii, quo tantopere pii parentes sunt recreati; simul etiam indicatur singularis narrationis usque ad minus tiores circumstantias fidelitas, ac quanta fuerit cura Angeli ductoris, & providentia maxima Dei, etiam circa minutissima. Scelera denique quæ in Scriptura referuntur ad bonos fines, non approbantur; mala ab aliis dicta similiter recitantur materialiter, tamquam dicta ab aliis; non formaliter, tamquam dicta & sensa ipsius Scriptoris; prout v. g. *Psal. 13. refert David: Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus.***

Dices cum *Erasmus*: Evangelistas interdum memoriâ lapsos concedit *Augustinus lib. 3. de consensu Evangelist. c. 7. nec videtur ullo modo posse negari, cum *Matth. 27. loco Zachariæ constet citari Jeremiam. Resp. id injuriosè tribui Augustino, quippe qui expressè contrarium scripsit lib. 2. de consensu Evangelist. c. 12. Omnem autem falsitatem avesse ab Evangelistis (idemque de ceteris) decet non solum eam, quæ mentiendò promittitur, sed etiam eam, quæ obliviscendo. Quo quid clarior? Idem *Epist. 19. ait: Soli eis Scripturarum libris, qui jam Canonici appellantur didici hunc timorem, honoremque, deferre, ut nullum eorum auctorem scribendo aliquid errasse firmissimè credam. In loco autem obiecto expressè dicit *Augustinus, Evangelistæ ex voluntate & directione Spiritus sancti (cujus proinde fuisset error si quis foret) occurrisse Jeremiam pro Zacharia, eo quod omnes Prophetæ uno spiritu locuti sint, ut quod unius est, possit dici omnium; q. d. Evangelistæ: Quod dictum est per Spiritum, qui in Jeremia****

38.
Evangelistæ
lapsus
memoria
non
tribuit
Augustinus:
quia
calumniam
Erasmus.

An vel quod
re Math.
27. loco Zachariæ
tribuitur
Hieremia.

Jeremia locutus est. Verius tamen est (ut plures adhuc alias solutiones omit- tam) nomen Jeremiae incuria vel temeritate Librarium irrepisse in textum; cum non soleat Matthaeus nomina Prophetarum exprimere; immo nomen Jeremiae abfit, tum a textu Syriaco; tum a varijs Codicibus Latinis manuscriptis; etiã tempore Augustini, uti & hodie. Ed autem facilius potuit contingere deceptio, quod olim esset usus Editionis Septuaginta; juxta quam apud Zachariam vix reperitur vestigium hujus testimonii. Vel certe dicendum, quod verè citetur locus Jeremiae 32. ubi ex divino præcepto emisse refertur agrum numerato pretio, est neq; habeatur de triginta argenteis. Quo facto gessit figuram quamdam hujus facti. Nam Jeremias per hoc significabat Judæos & captivitate reituros & habituros in agris Ilrael; simul præfigurans Judæos in fine mundi instar peregrinorum reverfuros ad agrum Ecclesiae, qui est pretium Sanguinis Christi.

39. Textus Hebraici, si purus esset, summa foret auctoritas.

Ad Auctoritatem textus Hebraici & Graeci quod attinet, maximæ & infallibilis sine dubio auctoritatis esse apud omnes deberet textus Hebraicus & Graecus, quoad Scripturas idiomaticè Hebraico aut Graeco scriptas respectivè, si constaret de eorundem puritate. At neque Hebraei neque Graeci fontes omnino puri sunt. Immo videtur fortè cuiquam posset, textum utrumque omnino esse depravatum, ut nullam fidem mereatur, neque valeat ad controversas dirimendas. Verumtamen in hoc nimium excederetur.

40. Erroris in eum quomodo irrepissim.

Constat quidem in primis in textum Hebraicum olerantia seu incuria Librarium excridentium irrepisse etiam antiquitus varia menda, & postmodum incuria aut incitiam ipsorum Typographorum. Quod valde proclive fuit, ob diversorum characterum seu litterarum Hebraicarum figuram similem, unde una pro altera facile sumitur ab obiter inspiciente ac excridente, nec ad totius sententiae sensum perfecte advertente, praesertim si in prototypo sint minus accuratè exarata. Idque proclivius erat, cum puncta interposcendi causa necdum essent à Malorethis addita, qui dudum post Hieronymi tempora ea addiderunt. Præterea cum dissimili litterarum figura (cum qua adhuc consistit frequens lapsus excridentium) facile substituitur ob similitudinem pronuntiationis una littera hebraica pro altera, dum ex ore dicentis fit scriptio. His accedit depravatio malitiosa textus in quibusdam Christum & Christianam Religionem concernentibus (in quibus proinde minus fidendum Hebraico textui) facta à Judæis post Hieronymi tempora, è cujus & Septuaginta versioe & fragmentis aliarum Versionum constat ipsos aliter legisse, Herinc: Sum. Theol. Pars III.

quàm modò ex impiorum Maloretharum correctione (qui Dicit ipsi, vel certe alii inter ipsos & Hieronymum medi fuerunt corruptores) legatur: ut in Vaticinio Jacob de Messia Genes. 49. & nonnullis aliis locis.

De cetero nihilominus magna est textus Hebraici auctoritas, siye ad textum Editionis Vulgatae, sicubi Librarium aut Typographorum defectu vitiatus sit, commendandum; prout se fecisse fatentur Correctores Bibliorum justi Sixti V. ab eis recognitorum: siye ad didicandum, quæ eorum varijs in Latina versione lectionibus sit syncerior: siye ad inquirendum quo sensu sumatur dictio in Latina Editione ambigua; si fortè in Hebraeo non sit ambiguitas: siye ad melius percipiendam vim sententiarum & phrasium, quæ in originali idiomate interdum vivaciores sunt, minus æquivocæ, magisque propriae: siye ad diversos sensus litterales, quos unica Latina versio minus fecunda allequi & exprimere nõ poterat, ex originali idiomate eruendos. Idemque cum proportione est de auctoritate & utilitate textus graeci. Qui tamen & ipse hoc tempore non est purus, ut varijs exemplis deducit Bellarminus l. 2. de Verbo c. 7. Canus l. 2. de Locis cap. 13.

41. Sna nihilominus ei manet auctoritas.

Idem est de textu Graeco.

Quapropter simpliciter loquendo potius adhaerendum est Editioni Vulgatae, quàm Textui graeco vel hebraico, si sit inter illos differentia, non solum dum aperta vel publica sunt argumenta pro synceritate Textus Latini, aut corruptione textus graeci vel hebraici; verum etiam cum utrimque omnia sunt paria, seu cum nulla sunt in alterutram partem illapsi erroris argumenta; adeoque ceteris paribus textum graecum vel hebraicum potius esse corrigendum ex nostro, quàm contrà. Ratio est, quod Ecclesia, quæ est fidelissima Verbi divini custos, summam semper adhibuerit diligentiam in procuranda & conservanda hujus Editionis puritate, eamque solum pro authentica haberi voluerit ac declaraverit, ipsa autem est columna & firmamentum veritatis. Fontibus quidem est plus deferendum quàm rivulis, si puri sint; secus, si rivulo existente puro, fons sit turbatus, ut rectè Canus sup. cap. 14. Ut omit- tam, quod originales libri, qui ab ipsis Scriptoribus primò conscripti sunt, non extant, sed copiarum copiarum, multoties variatis hebraicis characteribus; quibus facilius errores irrepere potuerunt, ac in ipsidem permanere, quàm in translatione facta per auctoritatem publicam Ecclesiae & Spiritus sancti assistentiam, cui jugiter diligentissima Ecclesiae sollicitudo pro puritate servanda accessit, adeoque plus deferendum est, quàm diligentiae Judæorum v. g. hominum impiorum.

42. Et simpliciter sit potius adhaerendum Editioni Vulgatae.

43. Hujus quaestioe, approbavit Hieronymum Tridensinum sess. 4. approbavit Hieronymum litter. par- habet

im aucto-
partim cor-
rector, sit
Hierony-
mum.

habet auctorem vel emendatorem. Nam Vetus Testamentum ex Hebræo transtulit, exceptis Libris Sapientiarum, Ecclesiasticis, Machabæorum, Baruch cum Epistola Jeremiæ, quibusdam partibus Esther in Hebræo non repertis (quæ omnia habentur ab incognito Interprete ante Hieronymum) & quibusdam partibus Danielis, quæ habentur ex versione Theodorionis. Psalterium quoque ex Hebræo labore Hieronymi translatum, non admittit Ecclesia in Editionem Vulgatam: tum quia difficillimum fuisse tollere consuetudinem Ecclesiarum Latinarum, quæ jam in choro assueverant alteri translationi: tum quia sine immensis sumptibus & difficultatibus non potuissent exhiberi libri novi pro toto Orbe Ecclesiæ Latinæ: tum ob alias rationes. Quare retinuit Psalterium Editionis antiquæ, quæ non est pura Septuaginta Interpretum, sed per Lucianum martyrem ex Hebræo est emendata, quam etiam deinde Hieronymus emendavit. Novum Testamentum sub initium Ecclesiæ per virtum aliquem Apostolicum (quis determinatè fuerit, ignoratur) ex idiome originali translatum idem Hieronymus emendavit. Editio autem hæc per Hieronymum, partim facta, partim correctæ, quæ tunc nova appellabatur, cœpit post obitum illius magis & magis, relicta priori Editione vulgatâ, usurpari, omniumque Doctõrum ac Patrum tacito consensu, tandemque Ecclesiæ ordinatione acceptari. Alioquin ante Hieronymi editionem Vulgata Latina editio quoad Novum Testamentum, Psalterium, & eas partes Veteris Testamenti, quas Hieronymus nõ vertit, erat eadem, quæ modò, sed non correctæ; quoad reliquas partes Veteris Testamenti erat translatio facta ex Græca versione Septuaginta Interpretum. Et inter plures latinæ, quæ circumferebantur, communior & receptior erat ea, quæ Itala dicebatur; teste Augustino l. 2. de Doctr. Christi c. 15.

Quæ ante
Hierony-
mum fuerit
Editio Vul-
gata.

44.
De Aucto-
ritate Vul-
gata Edi-
tionis.

Eam pro-
batum Tri-
dentinum
sive Ecce-
lesiæ.

Auctoritatem apud Catholicos debet Vulgata Editio habere summam: nõ solum ob antiquitatem, & tot sæculorum in Ecclesia usum, obque summam linguarum in Hieronymo peritiam, summæ reconditæque ejusdem doctrinæ, industriæ ac studio, fidelitatis item, vitæque sanctitati adjunctam (cui quoque pro Ecclesia auctoritate ejusdem, seu Damasi Papæ, laboranti non defuit gratia & adiutorio suo cælestis Ecclesiæ Curator) sed etiam ob auctoritatem ei accedentem ex declaratione Tridentini sess. 4. ubi statuit & declarat, ut hæc ipsa Verus & Vulgata editio, quæ longo tot sæculorum usu in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, disputationibus, prædicationibus & expositionibus pro authentica habeatur, & ut nemo illam rejicere quovis prætextu audeat vel presumat. Ecclesia etenim Catholica firmamentum est & columna veritatis; contra cujus universalem consensum vel

disputare, insolentissimæ infantiæ est. Ex ea quoque, veluti depository fidelissimâ verbi divini, habent fideles hoc vel illud esse verbum Dei, & authenticum esse, sive librum, sive sensum, adeoque etiam authenticam esse editionem sive translationem.

Et planè ridiculum est, Novatores hæc in parte oblatrare auctoritati Ecclesiæ Romanæ; id est, Catholicæ; cum ex hac sola acceperint ipsas Scripturas: cui proinde si credant in hoc, quod legitimæ sint Scripturæ ab ea traditæ; æquè sive potius credere deberent, editionem ab ea probatam esse authenticam: maxime cum ipsi textus originales non extant, uti reque puræ sunt eorundem copiarum, quas fontes vocant. Ea nimirum libertas Novatorum ut credant vel non credant, quod vult. Indequè tanta in eis errorum, uti errantium varietas, sine ulla spe aut methodo concordiæ; dum hic unâ v.g. Lutheranam, alius aliam editionem pro libitu probat, ceteris rejectis. Prout etiam simili libertate in ipsis libris Canonicis eorundemque partibus admittendis sive rejiciendis, pariter quoque in Scripturarum sensu sive interpretatione utuntur. Quorum genium ad amissum ante tot sæcula delineavit Tertullianus l. de Præscript. c. 17. dicens: *Ista hæresis non recipit quasdam Scripturas: & si quas recipit, adjectionibus & detractionibus ad dispositionem instituti sui intervertit: & si recipit, non recipit integras: & si aliquatenus integras præstat, nihilominus diversæ expositiones commentata convertit. Tantum veritati obstrepit adulter sensus, quantum & corruptor stylus.*

Itaque sicut Ecclesiæ Catholicæ nos cum Evangelio tamquam Dei verbo credamus, & libros ab ea probatos pro Canonicis tenemus; sic etiam permovere debet, ut editionem ab ea probatam pariter probemus. Ipsaque experientia (quam hæc Hæretici negare possunt) ostendit, omnino expedire paci ac tranquillitati publicæ, ut unica sit hujusmodi versio per Ecclesiam probata.

Quæ porro contra Vulgatam à Novatoribus obijciuntur, à Bellarmino, Tirhmanno, Orino & alijs dissolvuntur. Illud obiter notandum, quod menda quædam Bibliorum ex ipsis Catholicorum studiosis annotationibus hausta (quorum proinde correctionem Novatoribus non debemus) obijcere non vereantur. Quod insuper non officiat puritati Vulgatæ Editionis, ipsam in quibusdam videri non consentire cum fontibus: tum quia quoad sensum (qui in fontibus potest esse multiplex) hæpe non est discrepantia, quæ prima fronte apparet: tum quia ipsi fontes non extant, in sua præsertim puritate.

Ad intelligendum porro, quid sit Editionem hanc Vulgatam esse authenticam, sciendum est, non solum illud dici authenticam, quod est originale, sed etiam quod originali, ex quo

45.
Incon-
sequen-
tia &
Scelus Hæ-
reticorum.

46.
Objection-
ibus Hære-
ticorum br-
eviter satis
fit.

47.
Quid sit
editioem
aliquam esse
authen-
ticam.

Quod spe-
ctatim de
Vulgata
declaratur.

ex quo traductum est, bene responderet; adeoque generaliter omne illud dici authenticum, quod habet certam & indubitam fidem. Unde Editio Vulgata dicitur authentica: tum quia sincera beneque respondens fonti & linguae originariae: tum quia nihil continet, fidei aut bonis moribus repugnans: tum quia certam fidem facit in lectionibus, praedicationibus, disputationibus & expositionibus: tum quia generaliter nullam sententiam vel doctrinam falsam continet, ut *Lorca*, & *Luizius Turrianus* (quos citat & sequitur *Sylvius l. 1. de controversiis, q. 2. a. 3.*) dixerunt, quidquid nonnulli secus sentiri videntur. Si namque hoc postremum non involveretur in declaratione *Tridentini*, posset aliquando rejici Editio Vulgata aliquo praetextu, scilicet falsitatis alicujus sententiae, si talis reperiri posset: cum non fuerit in scripto *Tridentini* obligare fideles ad retinendum aliquas falsitates seu errores. Non fuit tamen mens Concilii declarare, quod nulla contineantur leviora errata Librarium aut Typographorum; quae utique non sunt errata ipsius Interpretis, nec partes, sed vulnera verae Vulgatae Editionis. Quamvis non sine solidis rationibus in particulari debeat adstrui. Potuissent etiam nonnulla melius verti, ipso *Hieronymo* teste. Videri possunt, quae in hac rem notavit vir praeclearus *Franciscus Lucas* in libello adjecto ad calcem Bibliorum editorum anno 1618. Typis Plantinianis.

48.
De trans-
latione Sep-
tuaginta,
& circa
eam nota-
da.

Translatio principalis Librorum Veteris Testamenti hebraice scriptorum in linguam Graecam auctores habet septuaginta duos Seniores (quos numero rotundo *Septuaginta* vocamus) in Aegyptum ad instantiam Ptolomaei Philadelphi (cui aliqui id adscribat ejus praedecessori Ptolomaeo Lagi filio) ab Eleazaro Pontifice missos, ex singulis tribus senos, hebraice ac graece peritissimos, qui Alexandriam cum sacris libris venientes, ibi in Pharo insula interpretationem spatio septuaginta dierum mira consonantia & Spiritus sancti instinctu perfecerunt; idque juxta receptam *Iustini, Irenaei* & aliorum Patrum, ac variorum Hebraeorum, nec non *Barony, Serary* & aliorum recentiorum sententiam (cui tamen ob testimonium Aristaei, qui gestis interfuit refutatur probabiliter *Hieronymus Praefat. in Pentateuchum, Titelmanus in Prologo Apologético pro Editione Vulgata*, & *Bellarminus l. 2. de Verbo Dei c. 6.*) singuli separati in septuaginta duabus cellulis (quamvis *Epiphanius l. de mensuris & Ponderibus*, & *Iustinianus Novella 146. cap. 1.* significant fuisse separatim binos & binos) convenientes quoad omnia in sententiis, verbis, & apicibus. Cujus proinde Verionis summa est auctoritas, accedente quoque, quod Apostoli & Evangelistae in suis scriptis & praedicationibus ea usi sint, ipsaque Ecclesia illam multis saeculis pro Vulgata & authentica

Heraclei Sum. Theol. Pars III.

habuerit, nec postea tam improbaverit, quodque ea sola Graeca semper Ecclesia fuerit usa, eandem quoque tot Veteres Patres suis Commentariis illustrarint. Unde est maxima hoc tempore auctoritatis post Editionem Vulgatae, quam Ecclesia suo iudicio praetulit, eo quod sit magis completa, & immediatè ex ipsis fontibus hebraicis Latino idiomati tradita; quodque ipsa Versio *Septuaginta*, sive graeca, sive in latinum versa, fuerit plurimum adulterata, etiam tempore veterum Patrum, ut ex *Hieronymo*, & alijs patet. Nam (ut alia praetercam) jam olim in versione *Septuaginta* veteris Testamenti irrepsit gravis error in computatione annorum primae & secundae aetatis mundi. Primò, quia secundum eam Mathusalem vixisset quatuordecim annis post diluvium; cum tamen certum sit, eam non fuisse in arca, & proinde vel ante diluvium esse mortuum, vel eo suffocatum. Secundò, quia computatio annorum ante diluvium in textu Graeco excedit computationem textus Hebraici, ad annos quingentos octoginta sex, post diluvium ad annos sexcentos quinquaginta.

Secunda versio ex Hebraico in Graecum idioma confecta est tempore Adriani Imperatoris ab Aquila Pontico, qui primum Gentilis, dein Christianus, tum ab Ecclesia pulsus, quod astrologiae judicariae studiosus esset, ad Judaeos se contulit, & hoc extremo tempore libros Legis transtulit.

49.
De trans-
latione A-
quila.

Tertia censetur, quam Severo, vel (ut habet Latina praefatio Romana ad Septuaginta) Lucio Vero regnante ex Hebraeo in Graecum vertit *Symmachus*, qui genere Samaritanus, cum apud suos principatum obtinere non posset, Judaeis se adjunxit, & secundò circumcitus est, post adductum scilicet arte medicam praeruptum semel relectum, ut monet *Epiphanius l. de mensuris & Ponderibus in med. At Hieronymus Praefat. in Esaiam* & alibi, ex Christiano Ebionitam esse factum affirmat. Quod rectè potest consistere, si dicamus ex Judaeo prius factum esse Christianum.

Symmachi.

Quarta versio ex Hebraeo in Graecum est *Theodotionis* tempore Commodi Imperatoris; quae tamen foret prior illa *Symmachi*, si haec sub Severo (qui Commodum secutus est) foret confecta. Is ex Marcionista profectus Judaeorum factus est; majori tamen fide, quam ceteri ejus similes in interpretatione usus fuit, teste *Epiphanius*.

*Et Theodo-
tionis.*

Haec versiones in materijs Christianae fidei mysteria tangentibus nil aut modicum auctoritatis habent; in alijs non parum habent utilitatis & ponderis, praesertim illa *Theodotionis*, quae sincerior, & ex qua Ecclesia olim totum Danielem, tunc posteriora adhuc capita legit. Differunt autem inter se, quod *Aquila* verbum è verber, *Symmachus*

*Deque earum com-
paratione
& auctori-
tate.*

sentum à sensu, *Theodotion* medio quodam modo incedens, ex utroque commixtum & mediè temperatum genus translationis expresserunt, ut colligitur ex *Hieronymo* priore *Prefat. in Job* & alibi.

50.
De quinta
& sexta
Editione.

Item Tetraplis, Hexaplis & Octaplis *Origenis*,

Præfatis versionibus accefferunt quinta & sexta Editio Auctoris incertis, sed (ut creditur) fidelibus. Hinc ortum habent Tetrapla, Hexapla, & octapla *Origenis*. Nam is primò Editionem *Septuaginta* & tres sequentes in unum volumen congescit, positus in qualibet pagina quatuor columnis; quod Tetrapla idcirco appellavit. Ad ditis postea cuilibet paginæ duabus columnis, in quibus textus Hebraicus erat positus, semel litteris hebraicis, semel græcis expressus, Hexapla vocavit. Additâ denique in volumine uno insuper quintâ & sextâ editione, ideoque singulis paginis constantibus octo columnis; Octapla nominavit. De quibus frequens apud Veteres mentio.

51.
De Versione
Santis Pa-
gini.

Et Francis-
ci *Vatabli*.

De Chal-
daica Pa-
raphrasi.

Inter recentiores ex Hebræo in Latinum versiones, una est *Santis pagini* lucensis *Dominicani*, eaque satis utilis, præsertim ignorantibus linguam hebraicam. Quam emendare studuit *Benedictus Arias Montanus*; aliorum tamen iudicio potius deterioravit. Eandem correxit, verius corruptit *Robertus Stephanus* Hæreticus. Altera est *Francisco Vatablo* adscripta, ideoque *Vulgò Vatabli* dicitur, sed potius ex Hæreticorum lacunis prodijt, *Vatablo* ipsam tamquam adulterinum foetum repudiante.

Extat & in Biblijs Regijs *Chaldaica Paraphrasis* diversorum Auctorum vel Rabbimorum in libros veteris Testamenti, qui sunt in Hebræorum Canone, præterquam in libros Paralipomenon, *Esdra* & *Danielis*. Magni ipsa sit apud Judæos, quibus ad hominem convincendis utilis est, tum etiam defendendæ puritati nostræ Editionis, & intelligentiæ quorundam locorum obscurorum; etsi fabulæ Judaicis scateat, præsertim extra Pentateuchum.

52.
Item de
Versione Sy-
riaca.

Denique *Syriaca versio* novi Testamenti, exceptâ *Apocalypsi*, *Secundâ* & *Tertiâ* *Joannis*, *Secundâ* *Petri* & *Judæ* *Epistolis*, incerto Auctore (etsi aliqui, ipsi præsertim *Syri*, *Marcum Evangelistam* auctorem putent; sed cum nullus veterum Patrum, qui in *Syria* vel *Aegypto* floruerunt, & de *Scripturis* sacris aut Editionibus multa posteritati tradiderunt, istius meminerint, non potest ad id credendum induci *Bellarminus* l. 2. c. 4.) Nostram Editionem in multis illustrat, ac quorundam obscuriorum locorum dilucidationi deservit. Et quoniam in titulis & sectionibus mentio apud illam fit *sejuniorum*, *enerationis crucis*, *orationum pro defunctis*, *vigiliarum*, *memoriæ Sanctorum*, & similium rerum, quas nostri *Sectarii* detestantur, ideo ipsa illos condemnat & rursus *Ecclesiæ* confirmat.

Solum observa, *Ecclesiam* non prohibuisse usquam translationes Bibliorum in linguas vulgares, neque eorum, quæ fideliter à Catholicis Auctoribus translata sunt, usum; ut nonnulli Hæretici mentiuntur, apertè convincendæ ex ipsa *Regula* 4. Indicis librorum prohibitorum; ubi post facultatem ordinari (qui cum consilio *patrochi* vel *Confessarii* delectum habeat personarum capacium, quibus lectio proficit) etiam laicis conceditur eorumdem Bibliorum lectio.

Reçedè autem prohibetur hujusmodi lectio sine licentia: Cum (ut *Regula* loquitur) experimento manifestum sit, si *sacra Biblia* vulgari lingua passim sine discrimine permittantur, plus inde, ob hominum reverentiam, detrimenti, quam utilitatis oriri. Vulgares enim, plerumque illitterati aut rudes, si varia legerent lingua vernaculâ, quæ in *Cantico Canticorum* habentur, quæve de peccatis aut speciem mali habentibus in veteri Testamento referuntur, & non semper eodem loco expressè reprobantur, quæ denique partim difficillima & obscurissima, partim in speciem pugnantia vel rationem excedentia apparent, facile vel provocarentur ad malum, vel *Scripturam* aut sanctos *Patriarchas* contemnerent, aut *Scripturam* mentiri putarent, vel denique in falsos & erroneos sensus inciderent.

Unde nequidem tempore veteris Testamenti *Scriptura* lingua vulgari passim à privatis lectitabatur aut publicè prælegebatur. Neque enim *Esdra* post solutionem captivitatis *Babylonicæ*, cum lingua *Hebraica* desierat esse vulgari, *Scripturam* sacram in *Syriacam*, quæ tunc erat vulgari, transtulit, sed eam ex *hebraico* textu populo interpretatus est; ut patet 2. *Esdra* 8. Rari quoque erant tunc *Codices* sacri, etiam ante captivitatem. Præterea *Origenes* prologo in *Cantica* sub int. Monet, ut ratione periculoso homo adhuc subjacens carnis seu naturæ affectibus se penitus temperet à lectione *Cantici Canticorum*, subdens: Ajunt enim observari etiam apud Hebræos, quod nisi quis ad ætatem perfectam maturavisset, pervenerit libellum hunc nequidem in manibus tenere permittatur. Addit etiam moris apud illos fuisse, ut pueris traderentur *Scripturæ* à Doctoribus, tamen ad ultimum ista quatuor observari, id est, principium *Genesis*, & *Ezechielis* principium & finem, & hunc *Cantici Canticorum* librum. Etiam libros *Regum* non potuisse apud Hebræos legi ante trigessimam ætatis annum aliqui referunt, teste *Marchant* Tom. 3. p. 2. Tr. 4. Tit. 6. §. 8.

Unde & *Hieronymus* *Epist. ad Paulinum* (quæ est ad calcem Bibliorum recognitionum) c. 6. graviter conqueritur de temeritate vulgarij nimis licenter *sacram* *Scripturam* tractantium, inter alia dicens: *Sola* *Scripturarum* ars est, quam sibi passim omnes

53.
Non prohibuit Ecclesia translationes in linguam vulgarem usum; sed hujusmodi.

Quæ de causa.

54.
Quis fuerit mos Hebræorum in hac materia.

55.
Dicitur Hieronymi perstringent Novatores.

Quaest. IV. De Sensibus & Interpretatione sacrae Scripturae. 61

omnes vendicant Hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc Sophista, verbosus, hanc universi presumunt, lacerant, docent antequam discant. Quid igitur dicturam putamus, si Biblia etiam vulgari idiomate omnibus passim concedatur, immo inculcari videret, uti solet apud Adversarios?

55. Qui habeant aut concedant licentiam legendi Biblia lingua vulgari.

Non prohibetur tamen lectio Vulgatae Latinae Editionis; quam legere possunt, qui Latine norunt. Vulgari etiam lingua possunt juxta Sylviu[m] l. 1. *Controvers. qu. 2. a. 14.* Biblia legere Parochi, Concionatores, vel qui ad id muneri aptantur. Quod saltem hic praxis habere videtur. Immo Nonnulli putant posse Biblia legere vernacule, qui Latine. Oppositum tamen probabilius esse censet. *Sylvius supra.* Quoad Religiosos ordinantur in Regula 4. Indicis: *Regulares vero, non nisi facultate a praelatis suis habita, ea legere aut emere possint.*

56. Notanda pro Germania & Belgio.

Quod vero recentior Appendix seu Annotatio ad Regulam praedictam tradit, non esse penes Episcopos aut Praelatos Regulares hujusmodi facultatem, sed penes Inquisitores, non habet locum in Germania & Belgio; ubi Inquisitores non sunt, & Episcopi hujusmodi facultates concedunt. Immo juxta *Tannerum d. 1. q. 5. n. 88.* in Germania videtur ipso usu obtentum, ut lectio Bibliorum Germanicorum, dummodo Catholicorum, non censetur illicita. Alibi quoque ob causas rationabiles Ordinarii istam prohibitionem, alioquin justissimam, & de se gravem non tam graviter uterentur, aut consuetudo seu usus aliquid de ejus rigore remisit. Nam (ut testatur *Marchant Tom. 2. Tribunalis Sacram. Traet. 2. Tit. 2. sect. 4. q. 3. dub. 6.* & ex eo *Bassau V. Haresis n. 16.*) sicut in multis locis Belgii consuetudo invaluit, ut honestis quidem Laicis Biblia vernacula legere permittatur, dissimulatione potius pia tolerantia, quam facultate & licentia expressa: quamvis (ut idem *Marchant* addit) teneantur Pastores invigilare, tam super qualitate Editionis Bibliorum, quam super qualitate ipsorum legentium.

QUESTIO 34.

De Sensibus & Interpretatione Sacrae Scripturae.

56. Sensus Scripturae alius est Litteralis qui & historicus, alius mysticus, qui & spiritualis vocatur. Ille dicitur, quem verba ex intentione loquentis, scilicet Spiritus sancti, immediate significant, sive proprie, sive metaphorice. Quod addo: nam etiam sensus metaphoricus est vere litteralis, sed improprie. Et hujusmodi metaphoricis locutionibus Scriptura scaturit. Immo plures sententiae intellectae ad litteram propriam sine metaphora, et *Heremx Sum. Theol. Pars III.*

sunt absurdae. Unde sicut nullus est locus sine alterutra significatione, quam verba ex intentione Spiritus sancti habent, sic necessario omnis habet sensum aliquem litteralem. Estque idem sensus efficax ad probandum dogmata. Regulariter tamen, & nisi aliquid obstat, retinenda est propria verborum significatio; juxta receptam regulam *Augustini lib. 2. de Doctrina Christi, cap. 15.*

Sensus mysticus est, qui non significatur immediate per verba, sed potius per res ipsas gestas aut gerendas. Qui sensus non est efficax ad probandum, nisi aliunde ipsa Scriptura, aut Ecclesiae declaratione, aut Patrum consensu constet esse vere intentum a Spiritu sancto. Prout in Evangelio Christus & Apostoli frequenter Scripturas vel Historias veteris Testamenti mystice explicant, v. g. de Jona in ventre ceti, de Isaac & Imael, de osse non comminendo in Agno Paschali, de serpente aeneo, de petra, undeeducta est aqua de non alligando os bovi trituranti &c. Eodemque usi sunt ceteri Patres & posteriores Doctores.

58. Alius est Allegoricus, alius Anagogicus, alius Tropologicus.

Est autem juxta Theologos triplex, Allegoricus scilicet, qui respicit Christum & Ecclesiam militantem, adeoque res fidei; Anagogicus, qui respicit res aeternae vitae, nolque eod trahit seu sustollit, ut vox Graeca significat: & Tropologicus, qui respicit mores, unde & sensus moralis dicitur. Quamvis sint etiam plurima Scripturae loca, quae ad litteram seu in sensu litterali agunt de Christo aut Ecclesia, de caelesti beatitudine, aut instruunt mores. Itaque sensus mysticus, si sit Allegoricus, credenda, si Tropologicus, agenda, si Anagogicus, speranda spectat. Inde sunt vulgati verus:

*Littera gesta docet, quid credas Allegoria,
Moralis quid agas, quod tendas Anagogia.*

Apud veteres tamen non semper sensus mysticos taliter inter se distinguunt, ut fuse ostendit noster *Sasbath in Opusculo de Scripturarum Sensibus* praefixo ejusdem Commentario in Isaiam. Nam allegoriam aliquando extendunt ad omnem sensum mysticum, & tropologiam vocant, quam nos allegoriam, Theoriam vero, quam nos anagogiam; nos autem allegoriam, vocem de se generalem, restringimus ut supra, de facto vocis propriae. Hi quatuor sensus applicantur quatuor Doctoribus; Hieronymo litteralis, Ambrosio allegoricus, Gregorio tropologicus, Augustino anagogicus; in quibus singuli excelluisse videntur.

59. De sensu accommodatio.

Praeter hos sensus dari solet alius, qui dicitur accommodatitius. Quae ratione manifestum est, Ecclesiam in divinis Officijs frequenter aliqua Scripturae loca accommodare his vel illis Sanctis, v. g. illud *Eccli. 44.* dictum de Noe: *Inventus est justus, & in tempore iracundiae factus est reconciliatus.*

Alterutra habet omnium Scriptura.

Efficitur efficax ad probandum.

Proprie regulariter tenendus.

57. Quid sensus mysticus, & an efficax ad probandum.

58. Alius est Allegoricus, alius Anagogicus, alius Tropologicus.

Aliter interdu ha voces repa-riuntur usurpatae apud Veteres.

59. De sensu accommodatio.

60. *Non est inventus similis illi . . . qui conservavit legem excelsi, accommodat cuius Confessori Pontifici. In quo etiam frequens & dulcis est S. Bernardus. Immo ipsa Scriptura quandoque alterius Scripturae verbis utitur accommodando illa ad alium sensum; p̄sunt verba, quae Zachar. 4. dicuntur de Jesu filio Josedech & Zorobabel, applicantur Enoch & Eliae Apoc. 11: Hi sunt duo olivae & duo candelabra &c. Verum cum Spiritus sanctus non intenderit significare id, ad quod locus Scripturae accommodatur, fit, ut non sit proprie ipsius Scripturae sensus.*

60. *An & quomodo sensus mysticus valeat ad probandum.*

Mysticus sensus valet aequè ad probandum, dummodo constet Scripturam, de qua agitur, verè habere talem sensum, seu illum verè esse intentum à Spiritu sancto: cum non magis mentiri is possit aliquid significando immediatè verbis, quàm mediantibus rebus. De sensu autem isto ex alijs Scripturis, novi praesertim Testamenti, Concilijs, Patrum consensu, constare potest. Interdum etiam vehementissima illius conjectura desumitur ex ipsa figura & rei postea exhibitae proportionem, ex qua frequenter sensus mysticos erant Doctores ac Interpretes Scripturae. Quia tamen sensus litteralis est magis apertus & obvius, ac de mystico non facilè constat, an vel quis sit verè intentus à Spiritu sancto; idcirco regulariter à solo sensu litterali firmiora ducuntur argumenta. Ad quae solum vult Hieronymus l. 2. in Matth.

61. *An idem Scripturae locus interdum habeat plures sensus litterales.*

Petes an idem Scripturae locus possit habere plures sensus litterales? Resp. Affirm. non quòd semper illos habeat, aut sine justa ratione asseri possit, quòd habeat, sed quòd interdum id contingat. Ita enim docet D. Thomas varijs locis, Melchior Canus, Alphonsus à Castro, Bellarminus l. 3. cap. 3. & alij passim. Idem indicant Patres, signanter Augustinus l. 2. de Doctrina Christ. c. 27. & l. 12. Confess. c. 26. & l. 11. de civit. c. 19. Ratio est: quia sic Deus facere potuit, assumendo verba, quae diversa, verè tamen, ex mente ipsius Dei significent; ad quod lingua Hebraica est maxime idonea, utpote in qua, una eademque vox scripta plures frequenter habet significationes: quòd autem de facto id fecerit, spectat ad profunditatem & fecunditatem divini eloquii, & commendationem infinitae loquentis sapientiae. Et sic illud Isai 53. Generationem ejus quis enarrabit, aptissime ad contextum & rei veritatem explicatur de aeterna (de qua multi Patres illud intelligunt) ac simul de temporali (de qua alij Patres illud explicant) Christi in utero Matris generatione; ut explicat Augustinus, Hieronymus, Cyrillus, apud A. Lapide in dictum locum idem sentientem. Similiter illud Psal. 2. Ego hodie genui te, diversos sensus litterales habet: ut videlicet sit sermo

de generatione, tum divina, tum temporali seu incarnatione, tum etiam juxta Plures conformiter ad ea quae habentur Act. 13. & resurrectione à mortuis, quae est quaedam nova natiuitas seu regeneratio. Vide A. Lapide in c. 13. Actuum. Molina x. p. 9. 27. a. 1. d. 2. & alios. Similiter illud Gen. 1. in principio, significat principium temporis, & simul principium divini operis, q. d. In principio quando cepit mundus existere, ante omnia fecit Deus caelum & terram. Plura alia loca ex Hebraico textu, addita differentià inter Septuaginta & Hieronymi versionem, Varii congerunt. Latum proterò ad hoc discrimen erit inter dicta hujusmodi Dei, & ambigua daemonum oracula: haec enim dabantur ex intentione decipiendi per unum sensum fallum, artificiosè occultato altero sensu verò: at Deus non intendit decipere ingerendo aliquem sensum fallum, sed instruere per diversos sensus veros, quos cupit sciri ac studiosè indagari.

62. *An Scriptores sacri quemlibet sensum sacrae Scripturae cognoverint, & intenderit? Ad quod responderetur, quòd cum sensus verus ac legitimus sacrae Scripturae pendeat à primario Auctore Spiritu sancto, fieri absolute possit, ut Scriptores unum sensum, etiam fallum, intendente, Spiritus sanctus ipso inscio alium verum intendat. Quo modo Caiphas necessitatem mortis Christi prophetavit, Joan. xi. cogitans ipse sensum ablonum & politicum, Spiritu sancto alium verum intendente. Similiter fieri posset, ut Scrip̄tor esset instar meri amanuensis, non intelligens ea, quae Spiritu sancto dictante scriberet, & qualis nihilominus futura auctoritatis. Credendum tamen omnino est, Spiritum sanctum simul inspirasse sensum eorum, quae Scrip̄toribus Hagiographis scribenda dictavit, uti sanè facere potuit, & decuit, & Doctores supponunt. Idem exigebat ratio perfecta Scrip̄toris à Spiritu sancto impulsus, ut quae scribat, intelligat. Neque enim aguntur à Spiritu sancto more arreptitiorum, qui non intelligunt, quae malo spiritu movente linguam loquuntur, nec se cohibere possunt (cujusmodi apud Gentiles erant vates deorum, & apud Montanistas p̄fica & Maximilla prophetisae) sed divinitus elevati, inspiratèque mysterii cognitione, libero voluntatis motu ea locuti sunt aut scripserunt. Unde etiam credibile est, eos fuisse conscios singulorum sensuum litteralium, si forte plures eadem sententia haberet; quamquam simpliciter sufficere potuisset unum bonum ab ijs accipi & intendi, ceteris eis occultatis. Verosimiliter tamen solum confusa interdum in Scrip̄tore fuit notitia illius quòd significare intendebat. Pariter credibile est, sensus mysticos, praecipuis praesertim viris, puta Moyse,*

Isaie,

Itaque, Davidi &c. fuisse notos. Quamvis neque hoc sit necesse. Posito tamen, quod sensus aliquis non fuerit Scribenti revelatus, debuit postea eidem vel alteri revelari, ut inde aliis innotesceret.

63.
Vnde sensus
litteralis sic
colligendus.

Si ulterius queratur, unde sensus litteralis Scripturae sit colligendus. Resp. Interdum unus locus Scripturae obscurior explicatur per alium clariorem, in quo idem apertius dicitur, vel qui si videatur prima fronte contrarius, indicat alterius obscurioris sensum esse alium, aut alterutri adhibendam aliquam limitationem vel distinctionem. Item ubi fidei articulus tangitur & locus est obscurior, ad Ecclesiae traditionem seu declarationem, sive Concilia recurrendum est, in quibus verus ejusmodi Scripturarum sensus est declaratus. Insuper attendenda est Expeditio Veterum; qui si inter se non conveniant, liberum est sequi sensum, qui ex pluribus ab Ecclesia non rejectis cuique verosimilior videtur. Plurimum etiam juvat Theologia Scholastica, ut sine erroris periculo in Scriptura sacra, uti & in Patrum scriptis, versemur; prout etiam difficultates potiores Scripturae in Theologia discutuntur. His accedit frequenter recursus ad textum Hebraicum & Graecum, aliasque Versiones. Juvant quoque ceterae scientiae naturales; sic tamen, ut ubi aliae scientiae, Philosophicae v.g. Scripturae adversari videntur, huic potius illae sint adaptandae, quam contra. Denique attendendus est maximè verborum & sententiarum antecedentium & consequentium congruentia & contextus, qui ad sensum genuinum eruendum ordinariè plurimum utilis est. Btli frequenter in Proverbiis & Ecclesiastico, ac nonnunquam in Prophetis ac Psalmis sint sententiae à contextu independentes, vel subitaneus transitus ab una re ad aliam. In sensibus mysticis antecedentia & consequentia non sunt ita necessariò componenda: sed satis est, si sensus non sit contortus, aptèque quadret; eritque melior, quò magis in littera fundatus.

Pro meliori insuper intellectu Sacri textus solent Canones seu regulae quaedam generales assignari, quas frequenter praemittunt Interpretes suis Commentariis.

Possit denique hic agi de infalibili sacrae Scripturae interprete, an & quis sit. Sed de hoc commodius infra agetur.

QUESTIO V.

De Traditionibus.

64.
Vnde accipiuntur
verba Traditio-

TRADITIO generatim sumitur pro doctrina ab uno alteri communicata: idque interdum, etsi doctrina ipsa sit perniciosa, legique Dei contraria; qualis erat traditio Pharisaeorum redarguta à Christo *Matth. 15.* vel etsi sit inutilis, fidelibusque onerosa, qualis erat apud Nonnullos tem-

pore *Augustini* de terra nudo pede per octavas non calcanda, de qua & similibus fert iudicium *Epist. 119. c. 19.* Praeterea nomen Traditionis tribuitur doctrinae, tam scripto, quam viva voce tradita; prout *Act. 6.* lex per Moysen data exprimitur nomine traditionum. Et *2. ad Thess. 2.* dicitur: *Teneo traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per Epistolam.* Strictè tamen & ad sensum praesentis loci solet à Theologis sumi hoc nomen pro doctrina non scripta, sed viva voce tradita, sive postmodum ab aliis scripta sit, sive non. Quod addo: nam ea quae à Christo vel Apostolis Ecclesiae fuerunt viva voce tradita, nec ab illidem aut aliis Scriptoribus Hagiographis litteris mandata, sunt proprie traditiones, Verbumque Dei non scriptum, etsi postmodum ea litteris consignata sint à Patribus vel Conciliis. Quemadmodum consuetudines variorum locorum censentur jus non scriptum; etsi illae ipsae sint postea in aliquod scriptum redactae.

Ad sensum
praesentis lo-
ci quid sig-
nificet.

Traditio porro haec alia est Divina, quae nimirum ab ore Christi profecta, & tamen sacrae Scripturae inserta non est, neque ab Apostolis scripto consignata; qualis ex magna parte est doctrina de materia & forma Sacramentorum: alia Apostolica, quae profecta est ab ipsis Apostolis, qui ea Ecclesiae, divino tamen instinctu, tradiderunt; prout ab iis traditi sunt varii ritus Sacramentorum, jejunium quadragesimae, quatuor tempora, celebratio diei Dominicae &c. Interdum tamen etiam haec vocantur divinae, quod ex Dei inspiratione provenierint; ut & contra divinae appellantur Apostolicae, quod per Apostolos sint Ecclesiae comunicatae. Utraque etiam vocatur rectè Traditio Ecclesiae; quia nimirum illa est traditionum praefatarum depositaria & custos, ac per eam ipsae nobis innotescunt. Alias nonnunquam antiquae consuetudines paulatim introductae, Traditiones Ecclesiasticae vocantur; quae interdum sunt universales, interdum particulares, servatae scilicet in locis quibusdam, & non in aliis. De quibus posterioribus regulam tradit *Augustinus Epist. 118. c. 5.* ut quisque se accommodet mori Ecclesiae, in qua est. His praemissis

65.
Alia est Divi-
vina,

Alia Apo-
stolica,

Alia Eccle-
siastica,
sive uni-
versalis, si-
ve particu-
laris.

Catholica veritas contra Novatores nostros indubitanter tradit, non solum Verbum Dei scriptum, sed etiam non scriptum, sive Traditiones esse habendas pro regulae fidei & religionis, ac pari veneratione recipiendas. Unde *Tridentina Synodus* (ut iuxta *Trinitatem ejusdem verbis sess. 4.*) perspicuus veridicium in *libris scriptis, & sine scripto traditionibus, qua ipsius Christi ore ab Apostolis accepta, aut ab ipsis Apostolis, Spiritu sancto dictante, quasi per manus tradita, ad nos usque pervenerunt, Orthodoxorum Patrum exempla secuta, omnes libros, tam veteris quam novi Testamenti, cum utriusque unius Dei sit auctor, nec*

66.
Traditiones
sunt neces-
sario ad-
mittendae,

denimum
& alia Cō-
cilia.

non traditiones ipsas, cum ad fidem, tum ad mores pertinentes, tanquam vel ore tenus à Christo vel à Spiritu sancto dictatae, & continua successione in Ecclesia Catholica conservatas, pari pietatis affectu ac reverentia suscipiunt & venerantur. Definitioni Tridentini consonat Synodus VII. act. 7. Et Synodus VIII. act. 10. can. 1.

67.
Probatur
ex Scrip-
tura.

Probatur II. Eadem veritas ex ipsa Scriptura, quae observationem Apostolicarum traditionum sedulo commendat. Nam Apostolus 2. ad Thessal. 2. paucis memoriam refricans eorum, quae Thessalonicensibus ore tenus plenius dixerat de dilectione seu apostasia & Antichristo, eodemque falso persuasos de instanti die iudicii admonens, quasi non satis acceptarum traditionum memores, dicit: *Non retinetis, quod cum adhuc essem apud vos, hac dicebam vobis? Et nunc quid detineat, scitis (ex ore tenus dicta) scilicet, ad quae se refert) ut reveletur in suo tempore. Postea generaliter subdit: Itaque fratres state, & tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per Epistolam nostram. Ubi praclare Chrysostomus: Hinc (inquit) perspicuum est, Apostolos non omnia tradidisse per Epistolam, sed multa etiam sine scriptis, & ea quoque esse fide digna. Quamobrem Ecclesia quoque traditionem fide dignam esse censuit. TRADITIO EST, NIHIL QUAEAS AMPLIUS. Haec ille. Quae totidem ferè verbis repetit Theophylactus ibidem. Eundem locum ad praesens institutum intelligunt passim alii Patres. Et 1. ad Timoth. 6. O Timothee, depositum custodi, devians profanas vocum notatas. Et 2. ad Timoth. 1. Formam habe sanorum verborum, quae à me audisti, in fide & dilectione in Christo Jesu: bonum depositum custodi. Ubi Apostolus tam anxie ingerit sollicitam custodiam depositi, id est, doctrinae, praesertim quam ex ore Pauli Timotheus didicerat (non enim loquitur de volumine sacrae Scripturae apud Timotheum deposito) & quam Paulus Timotheo crediderat, successoribus ulterius tradendam, prout depositum pecuniarium amico credi solet. De quo ibidem cap. 2. ait: *Ea quae audisti à me (non dicit: quae litteris consignata à me habes) per multos testes, hac commenda fidelibus. Hoc bono deposito carent Haeretici, non valentes ostendere doctrinam inde ab Apostolis per manus Successorum cõtinuatã ferè traditam. Denique 1. ad Corinth. 11. Laudo (inquit Apostolus) vos fratres: quod per omnia mei memores estis, & sicut tradidi vobis, praecepta mea tenetis. Ex quo loco (ut utar verbis Theophylacti ibidem) perspicuum sit, quod non pauca quae litteris non mandaverunt, tradiderunt & ipse & reliqui Apostoli.**

68.
Ex Patri-
bus.

Probatur III. ex consensu Patrum apud Bellarminum l. 4. de Verbo Dei cap. 7. Paucæ testimonia ultra praemissa nobis sufficiant. Irenaeus l. 3. adversus Haereses c. 2. Cum autem (inquit) ad eam iterum traditionem, quae est

ab Apostolis, quae per successiones presbyterorum in Ecclesia custoditur, provocamus eos, Haereticos, adversantur Traditioni &c. Et c. 3. Traditionem Apostolorum in toto mundo manifestatam, in Ecclesia, adest perspicere omnibus, qui vera velint audire &c. Et c. 4. Quae sunt Ecclesia oportet cum summa diligentia diligere & apprehendere veritatis Traditionem. Quid autem si neque Apostoli Scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi Traditionis, quam tradiderunt eis, quibus committebant Ecclesias? Basilus l. de Spiritu sancto c. 27. Dogmata, quae in Ecclesia praedicantur, quaedam habemus & doctrina scripta prodita, quaedam rursus ex Apostolorum Traditione in mysterio, id est, in occulto, tradita recepimus. Quorum utraque parem vim habent ad pietatem. Nec huic ququam contradicit, quisquis sage vel tenuiter expertus est, quae sint iura Ecclesiastica. Quod pluribus prosequitur. Et c. 29. Arbitror Apostolicum esse, etiam non scriptis Traditionibus inherere. Quod deinde ex Apostolo probat. Epiphanius Haeresi 61. Oportet autem & Traditione uti. Non enim omnia à divina Scriptura accipi possunt. Quae propter aliqua in Scripturis, aliqua in Traditione sancti Apostoli tradiderunt. Quod deinde ex ipsa Scriptura probat. Augustinus l. 2. de Baptis. contra Donatistas c. 7. Quam consuetudinem, non rebaptizandi scilicet baptizatos ab haereticis, credo ex Apostolica Traditione venientem, sicut multa non inveniuntur in litteris eorum, neque in Conciliis posteriorum; & tamen quia per universam custodiuntur Ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita & commendata creduntur. Et l. 4. c. 24. Quod universa tenet Ecclesia, nec Concilium institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate Apostolica traditum relictissime creditur. Et l. 5. c. 23. Sunt multa quae universa tenet Ecclesia, & ob hoc ab Apostolis praecepta bene creduntur, quamquam scripta non reperiantur. Et Epist. 118. c. 1. Et Serm. 14. de verbis Apostoli c. 18. & alibi.

69.
Ratio Theo-
logica affig-
natur.

Probatur IV. Ratione Theologica: quia non minus credendum est verbo prolato, quam scripto; cum ipsum verbum non à consignatione litteris facta, sed à divina veracitate suam auctoritatem habeat. Unde Apostolus 1. ad Thessal. 2. ait: *Cum accepissetis à nobis verbum (non scriptum, haec tenus enim eis non scriplerat, sed) auditus Dei, accepistis illud, non ut verbum hominum, sed (sicut est verè) verbum Dei. Plurima porò Christum & Apostolos solum vivã voce tradidisse, non tantum ex praemissis manifestum est: sed etiam ex eo, quod non fuerit propositum Apostolis aut Evangelistis omnia Christi dicta, vel credenda agenda ve scripto tradere, sed solum hinc inde quaedam scribere, prout occasionum occurrentia exigebat. Unde 1. Cor. 11. occasione irreverentiae quae committebatur erga sacram Synaxim, repetit doctrinam antea ore traditam dicens: Ego enim accepi à Do-*

mino.

mino, quod & tradidi vobis &c. Et c. 15. alia Corinthiis ore tradita, ob quorundam inconstantiam & defectum reficit (quod alioquin non fecisset) dicens: Tradidi enim vobis, quod & accepi &c. Quare nunquam (quod alias maximè opportunum fuisset) summarium omnium mysteriorum fidei veluti Catechismum scripserunt: etsi tandem nobis reliquerint symbolum vulgò Apostolorum dictum (quod tamen non est inter Scripturas Canonicas: & de quo nobis ex traditione constat) in quo pleraque saltem communiter ab omnibus credita sunt expressa. Unde multis ante omnes Scripturas Evangelicas annis stetit Ecclesia & fides ac obligatio divina Christianorum. Immo *Irenæus* l. 3. c. 4. testatur suo adhuc tempore apud pleraque Gentes non fuisse Scripturam Evangelicam, sed solam Traditionem Apostolorum vivâ voce factam. Ac dudum post tria Evangelia scripta, suum, rogantibus Asia Episcopis, Joannes scripsit, ac pleraque in aliis omissa supplevit, & obnoxias hæreses divinitatem Christi patentius ingeminavit, protestatus tamen capit. neque se omnia litteris consignasse. Unde & *Lucas Act. 1.* signanter dixit se scripsisse, non quidem omnia, sed de omnibus, quæ cepit Jesus facere & docere. Deinde subdit, quod post resurrectionem suam fuerit Christus per dies quadraginta apprensus eis (Apostolis) & loquens de regno Dei, sive de rebus Ecclesiæ institutionem concernentibus; de quibus pauca admodum sunt scripta, cum tamen ea non pauca fuerint, sed multa, ad quæ nimirum Christus ante passionem suam respiciebat, dum diceret *Joan. 16.* Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Immo *Marci 4.* dicitur, quod si parabola non loquebatur eis, verbis: *secundum autem discipulis suis dicebat omnia.* Ipse denique *Lucas Acta Apostolorum* solum perduxit usque ad biennium Romæ commorantis Pauli.

Cum itaque par sit auctoritas verbi traditi & scripti, fit quoque verbum aliquod traditum, de eo denique sufficientissimè constat per Ecclesiam, per quam utique solum nobis innotescit ipsum Verbum scriptum: quâ fronte Novatores universim Traditiones repellunt?

Probatur V. Efficacissimè variis & ad hominem instatibus. Nam cum ipsi Hæreticis firma steter fides non credendi, nisi quod in sacris litteris expressum est; ubi in primis ille ipse fundamentalis articulus est satis expressus in Scriptura, nil scilicet esse credendum, nisi quod in Scriptura exprimitur? Cujus Scripturæ auctoritate vincitur libertinus quispiam negans omnem Scripturam divinam? Et quæ Scriptura vincitur *Marcionista* negans aliquas, *Ebionita* negans omnes Pauli Epistolas, veluti non divinas: item unus Hæreticus negans Evangelium Matthæi, alius *Hereticus Sum. Theol. Pars III.*

gans illud Marci vel Lucæ, alius negans Evangelium Joannis, alius asserens varia ex Scripturis Apostolicis esse Apostolis falsò adscripta: alius asserens varia humano spiritu esse posita? Ex qua Scriptura ostenditur nullas Scripturas veteris Testamenti esse divinas (quod Novatores volunt) præterpositas in Canone Hebræorum? Aut perfidos *Rabbinos, Lutheranos, Calvinistas*, aut similes farinæ homines melius assecutos esse mentem sancti Spiritus, quam *Hieronymum*; nec ulla in re errasse aut textum corrupisse? Ex qua Scriptura constat tantum esse quatuor divina, eaque à *Matthæo, Marco, Luca & Joanne* conscripta Evangelia, ac quatuordecim Epistolas Pauli, alia autem quæ circumferuntur Evangelia, & Epistolam ad *Laodicenses* Paulo adscriptam esse foetus adulterinos? præsertim cum Epistola ad *Laodicenses* non solum præferat, uti ceteræ, titulum Pauli; sed etiam pro hac aliquale sumi possit argumentum ex eisdem *Epist. ad Coloss. c. 4.* ubi dicitur: *Et eam, quæ Laodicensium est, vos legatis.* Ex qua Scriptura conficitur, Apocalypsim esse Joannis Apostoli, Deoque inspirante conscriptam? Ex qua Scriptura constat hunc vel illum inter plures esse genuinum Scripturæ controversæ sensum; vel hanc potius Scripturam esse explicandam per aliam, quàm contrâ? Ex qua Scriptura constat, observandam esse diem dominicam, festam Nativitatis, Ascensionis Domini &c. aut (quod veteranus Hæresiarcha *Helvidus* negavit) Deiparam esse semper Virginem? Plures alias hujusmodi quæstiones omitto, quas numquam ex ipsa sola Scriptura sine Traditione Hæretici sic dissolvunt, ut non tantum negans Scripturas convincatur, sed etiam ut fidelis eis adhærens sine fluctuatione possit acquiescere, sine hæresi nequeat assensum detrectare. Quod si ad fanaticum spiritum privatum recurrant, jam saltem sola Scriptura non sufficit, iste verò eminentius spiritus alibi refutatus est.

Catholicis autem ad omnes quæstiones fidei suæ, quæ in Scripturis non patenter exprimentur, vel quæ ad ipsam Scripturam auctoritatem pertinent, in promptu est responso per verba *Crisostomi Hom. 4. in 2. ad Thessal. Traditio est, nihil quæras amplius.* Sine qua sanè tota moles & vis Scripturarum corruit, utpote de quibus non nisi per traditionem nobis constat; aded ut tot Traditiones in hac una vastissima de veritate ipsius Scripturæ traditione contineantur, quot libros ipsa Scriptura, quot capita quisque liber, quot sententiæ quodlibet Caput continet. Unde *Augustinum* in admissione uti Evangelii, sic & Actuum Apostolorum (idem est de quavis alia Scriptura) nil commovebat, nisi *Ecclesiæ Catholica auctoritas* seu traditio *contra Epist. Fundam. c. 5.* Similiter *Origines* apud *Eusebium l. 6. Histor. c. 18.* dicebat se ex Traditione didicisse

70. Adferuntur testes in fiantia ad hominem contra Hæreticos.

cisse de quatuor Evangelis, quia hæc sola absque ulla contradictione suscipi debent in omnibus, quæ sub celo sunt; Ecclesiis Dei. Denique (ut plures alios ostendam) hoc pro confirmando isto Canonæ sacrorum Librorum innotescat, quia à Patribus ista accepimus in Ecclesia legenda; inquebat Concilium Carthaginense 41. can. 47.

72. **Obiectio I.** *ex Deuteronomio.*
Responsio.
Obijcitur illud Deuter. 4. Non additis ad verbum quod vobis loquor, neque auferetis ab eo, ergo rejiciendæ sunt omnes Traditiones. Resp. Neg. Cog. quia verba illa dicuntur ad solos Judæos, & agunt de lege in Deuteronomio, seu Pentateucho contenta. Constat autem ei potuisse superaddi in primis legem novam Christi, uti & Scripturas novi Testamenti: quid ni ergo similiter Traditiones Christi & Apostolorum superaddantur? Constat similiter fuisse superadditas postea pleraque Scripturas veteris Testamenti, additas quoque Institutiones factas per Davidem, & Fectorum, de quibus in libris Judith, Esther, Machabæorum. Insuper non dicitur: Non additis ad verbum, quod vobis scribo; sed, quod vobis loquor; ea autem quæ Christus & Apostoli ore docuerunt, sunt etiam verbû quod Deus loquitur. Juxta genus itaque sensum istius Scripturæ vetatur corruptio seu falsificatio legis Mosaicæ, & injungitur accurata illius observatio, ne fiat quod vetitum est, aut omittatur quod prohibitum est; secundum id quod immediate sequitur: Custodite mandata Domini Dei vestri. Cui simili sensu additur Deuter. 5. Non declinabitis neque ad dexteram, neque ad sinistram. Specialiter autem illud c. 12. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino, nec addas quidquam, nec minuas, vetatur, ne Judæi mutant substantialia cultûs divini, neque varient ceremonias in sacrificiis lege præscriptas, imitando ritus, superstitionelque Gentium, ut ex immediate ibi præmissis est manifestum; ideoque signanter dicitur: Hoc tantum facito Domino. Sanè ipsi Novatores non faciunt hoc Domino, quod Judæi vi legis: multò minùs hoc tantum faciunt.

73. **Obiectio II.** *ex Apostolo ad Gal. 1.*
Responsio.
Obijcitur II. Apostolus ad Galat. 1. dixit: Sed licet nos, aut Angelus de celo evangelizet vobis, præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit, id est, maledictus & execrabilis sit. Resp. (ut præteream, quod Apostolus non dicat, præterquam quod scripsimus, sed quod evangelizavimus scilicet ore) ly Præter ex mente Apostoli arguentis Galatas, quod tam citò transferrentur in aliud Evangelium, seu contrariam veritati doctrinam, idem esse quod contra; prout usitatissimè hujusmodi propositio, tû Græcè, tum Latine sumitur, & ab ipso Apostolo in simili materia ad Rom. 16. dicente: Observatis eos, qui dissensiones & offendicula præter, id est contra (prout indubiè erant dissensiones & offendicula) doctrinam, quam vos di-

dicistis (ab initio scilicet per prædicationem Petri & aliorum Evangelii miristrorum) faciunt. Alioquin quis dixerit, Angelum de celo fore anathema, si novum mysterium hætenus occultum hominibus nomine Dei revelaret? Aut Joannem, eò quod post hæc scripserit Evangelium & Apocalypsim? Aut denique ipsum Paulum, qui postmodum in hac ipsa Epistola, & aliis quedam diversa, sed non adversa docuit. Unde non ait (inquit Augustinus Tract. 98. in Joannem) plus quam accepistis, sed, præter quod accepistis. Nam si illud diceret, sibi ipse præjudicaret, qui cupiebat venire ad Thesalonicensis, ut suppleret, quæ illorum fidei defuerant. Theophylactus ibidem dicit quidem damnari etiam, si plusculum quidpiam adjecerint; sed intellige (quod Chrysostomus expressit) quod quidvis, quantumvis minimum Evangelii labefactatur, etiam si aperte ei contrarium non sit, quæ nempe nequidem exiguum aliquid fidei repugnans adversariis credendum est; prout Theophylactus præmiserat.

74. **Obiectio III.** *ex Apostolo 2. ad Tim. 3.*
Responsio.
Obijcitur III. Apostolus 2. ad Timoth. 3. dicit: Omnis Scriptura . . . utilis est ad docendum (scilicet res fidei) ad arguendum errores, ad corripiendum vitia, & ad erudiendum in justitia & virtutibus; ut per se ille sit homo Dei seu Episcopus ad omne opus bonum. Resp. esse ussem, uti & verbum Dei non scriptum, sed sine hoc non sufficientem; utilem, inquam, ratione diversarum partium ad quatuor prædicta. Et quidem Apostolus specialiter agit ibi de Scriptura veteris Testamenti (quæ utique non est sufficiens) ad cujus lectionem hujusmodi Scripturæ encomio invitat Timotheum; de quo præmiserat: Quia ab infantia sacras literas nosti. Tunc autem nodum erat Scriptura novi Testamenti, immo quando istam Epistolam Apostolus scripsit, pagina novi Testamenti nondum erat sacrorum Librorum Cartoni agglutinata, sed nec nisi ex parte solum conscripta. Adde Scripturam dici posse sufficienter hominem instruere, atque adeò omnia sufficienter contineri in Scriptura, partim scilicet explicitè, partim implicitè, quatenus multa expressè continet, & quæ non continet, ostendit, unde sint petenda, puta ex Traditionibus, quæ ipsa commendat.

75. **Obiectio IV.** *ex Bellarmino 1. de 1. c. 11.*
Responsio.
Obijcitur IV. Auctoritas Patrum, quorum loca proponit & dissolvit Bellarminus 1. de 1. c. 11. Verum mens eorumdem Patrum ex aliis aut interdum iidem locis est nimis aperta. Quod autem spectat ad loca quæ obijciuntur: partim Hæretici fraudulenter nonnullè in iis suppreunt vel addunt; partim nihil ipsa ad rem faciunt: partim Patres (cum volunt, scripta esse ab Apostolis, quæ ipsi judicabant sufficere; supple, ut scriberentur & legerentur, quæve Christus legi voluit (quæ utique non sunt omnia credenda) prout Augustinus 1. de consensu

consensu Evangelist. c. ult. supplet: partim sufficienter contineri varia particularia dogmata, de quibus Patres tunc tractabant: partim sufficienter contineri mysteria fidei, quæ omnes scire debent; ut sunt ferè ea quæ continentur in Symbolo, & quædam Sacramenta magis necessaria, item decem præcepta; de quibus agit *Augustinus l. 2. de Doctrina Christi. c. 9. & l. 2. de peccat. merit. & remiss. c. ult.* partim non agitur de traditione universalis: partim quid aliud ex contextu facilè colligendum insinuant.

Observanda hic in Cypriano.

Specialiter autem notandum, quòd, dum Hæretici objiciunt auctoritatem *Cypriani Epist. ad Pompejanum*, ubi videtur in materia anabaptismi Hæreticorum rejicere traditionem, quam Stephanus Papa urgebat; ex hoc ipso *Cypriani* de anabaptismo errore vim Traditionum agnoscere convincatur: cum constet non obstantibus Scripturis à *Cypriano* allegatis, Ecclesiam Traditioni inhæsisse, & alium esse Scripturarum sensum declarasse. Ipse nihilominus *Cyprianus*, non tam Traditionum auctoritatem rejiciebat, quam in præfati verè non esse Apostolicam putabat; cum alibi nimis aperè vii verarum Traditionum agnoscat. Nam *l. 1. Ep. 12. aliàs 70. & l. 2. Ep. 3. aliàs 63.* refert ac observari vult quædam ex Traditione accepta, ut quòd, baptizatus ungatur, quòd calix in sacrificio debeat continere vinum aqua mixtum.

76. Objeccio V. ex corruptis Traditionum.

Responsio.

Objicitur V. Quòd propter oblivionem, ignorantiam & negligentiam humanam impossibile videatur traditiones, in sua præfati puritate, conservare. Resp. id esse opus providentiæ Dei, summi Gubernatoris Ecclesiæ, quam statuit firmamentum & columnam immobilem veritatis. Itaque sicut doctrinam à dei per Traditionem conservavit usque ad tempora legis scriptæ, & ex inde hanc ipsam legem scriptam cum additis Traditionibus usque ad tempus legis novæ, ac insuper Scripturam novi Testamenti usque modò conservavit, non obstantibus, quæ humanitas abesse non poterant, in tanto temporum spatio, adulterationibus divinitus impeditis: sic, & dubiè conservare potuit, & servavit Traditiones, ex quibus ipsius Scripturæ puritas innotescere debet. Nam sicut verbis utar *Aug. l. 33. contra Faustum c. 6.* quis tandem tanto furore cecatur, nisi demoniorum malitia atque fallacia subversus sit, qui dicat hoc mereri non potuisse Apostolorum Ecclesiam, tam fidam, tam numerosam fratrum concordiam, ut eorum scripta (adde, vel ore ab ipsis tradita) fideliter ad posteros transierunt: cum eorum Cathedras usque ad præfatos Episcopos certissima successione servaverint? Præterea ad conservationem Traditionum facit, partim quòd plures sint in quoridianæ Ecclesiæ usu, v. g. ritus Sacramentorum &c. partim quòd nonnullas vetera monumenta, etsi muta, loquantur, v. g. antiquissima structuræ templorum *Hermex Sum. Theol. Pars III.*

rum & Martirum, memoriæ martyrum, sacri fontes, imagines, cruces, & id genus alia: partim quòd in Patrum scriptis eadem reperiantur satis expressæ, qui occasione hærefum diligentius eas indagant, & posteris commendarunt, uti solent homines occasione litium diligentius custodire litteras, ceteraque instrumenta, quam si in pace sine periculo litium degerint.

Objicitur VI. Quòd nulla subesse ratio videatur, ob quam Apostoli non omnia conscripserint. Confirmatur: quia Traditiones multis fuerunt occasio erroris: prout inde Papias teste *Eusebio* errorem Millenariorum hausit. Resp. non fuisse Apostolorum institutum Summam omnium credendorum vel agendorum scripto tradere, sed eos solùm pro exigentia occasionum nonnulla scripsisse, è quibus plura non erant aliàs necessarid credenda, sed ideo nunc credi debent, quia scripta sunt: studio autem quædam non scripsisse, tum ob alias causas, tum ne ab Æthnicis deriderentur, aut à Vulgo vilipenderentur mysteria: *Quæ enim inveni fas non est non initiatis, qui conveniebat horum doctrinam publicitus circumferri scripto?* inquit *Basilus l. de Spiritu sancto c. 27.* ubi quoque subdit: *Hæc est ratio, cur quædam citra scriptum tradita sunt, ne dogmatum cognitio propter assuetudinem vulgo veniret in contemptum.* Unde etiam Apostolus 2. ad *Timoth. 2.* de secretioribus mysteriis dixit: *Quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda Fidelibus,* non omnibus, sed, qui idonei erant & alios docere. Et 1. ad *Cor. 3.* *Tamquam parvulus in Christo, lac vobis potum dedi, non escam; nondum enim poteratis.* Et Patres quoque ob hoc frequenter obscurius de quibusdam sacrosanctis mysteriis loquuntur. Estque eadem ratio, cur tam frequenter *Augustinus* tractans de Sacrificio, vel Sacramento Eucharistico (quod notebat patere non initiatis fortè præsentibus) loquatur de re tamquam Fidelibus nota, cum aliqua circumlocutione, v. g. *Norunt Fideles, quid accipiant, Hom. 42. inter 50. c. 4.* Vide ipsum etiam in *Psal. 57. l. 10. de Cruce c. 6. Epist. 57. & Serm. 23. de diversis.* Quamvis etiam nonnulli Hæretici, veluti Catholicorum simiæ, quædam occulta suarum sectarum mysteria, seu veriùs scelera, abscondere nisi fuerint. Quod legitimis Traditionibus non magis obest, quam obfit legitimis Scripturis, quòd Hæretici falsas interdum obtulerint, aut veras falsificaverint.

77. Objeccio VI.

Responsio. Cur Apostoli non omnia scripserint.

Præterea Traditionibus minus possunt abuti Hæretici, qui aliàs Scripturis obscurioribus ad suos errores palliandos abutuntur: nam omnes Hæretici de Scriptura divinitus inspirata sui colligunt erroris occasiones. Ut enim præclare dixit *Vincentius Lyranensis in Commentario c. 35.* *Oruntur planè, Hæretici scilicet divinæ Scripturæ testimoniis, & vehementer quidem. Nam videas*

78. Scripturis qui abutantur Hæretici, olim etiam Traditionum oses.



eos volare per singula quaque sancta legis volumina, per Moysi, per Regnorum libros, per Psalmos, per Apostolos, per Evangelia, per Prophetas. Sive enim apud suos, sive alienos: sive privatim, sive publice: sive in sermonibus sive in libris: sive in convivio, sive in plateis, nihil unquam penè de suo proferunt, quod non etiam Scriptura verbus adumbrare conentur &c. Sed tanto magis cavendi & pertimescendi sunt, quando occultius sub divina legis umbraculis latitant: scimus enim factores suos nulli se esse placituros, si nudi & simplices exhalentur, atque idcirco eos celestis eloqui, velut quodam aromate aspergunt, & ille qui humanum facile respiceret errorem, divina non facile contemnas oracula &c. Unde tam veteres, quam recentes Novatores ab Ecclesia rejehti Traditiones legitimas semper exhoruerunt & contemnere voluerunt (prout ostendit Tannerus *Disp. 1. q. 5. dub. 3.* & alii) utpote ex quibus promptissime & validissime Novitates & hæreses omnes possunt confundi.

Errorem millenario- rum sumpsit Papias non ex verbo tradito, sed scripto.
Ad Confirmationem Resp. Papiam huc errorem sumpsisse ex Traditione scripta, scilicet ex Apocalypsi, sed male intellecta: neque aliàs error oritur defectu Traditionis, sed defectu illam non rectè accipientis.

79. Object. I. Responso.
Objicitur VII. Quod non possit satis constare nobis, quæ sint veræ Traditiones. Resp. Satis constare posse de Traditione; & nisi de illa satis constet, non fieri nobis inde rem certam, ut neque certam facit locus Scripturæ, de cujus sensu foret fundata ambiguitas. Quando autem sequimur regulas sublequentes, nullum erit erroris periculum, sed citra dubitationem innoscere nobis poterit veritas Traditionis.

Vnde dignoscantur legitima Traditiones.
Primò, indubiè est divina Traditio de illo, quod cum in Scriptura non sit satis præscriptum, Ecclesia tamen (quæ errare non potest) habet pro dogmate fidei, vel usu suo comprobavit, estque talis, quod solus Deus possit constituere, v. g. legitimum esse baptismum parvulorum, illegitimum esse anabaptismum, aut iteratam Confirmationem vel ordinationem, dissolvi matrimonium ratum per professionem religionis, esse potestatem dispensandi in votis & juramentis Ecclesiæ relicta &c.

Regula secunda.
Secundò, quod universa tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate Apostolica traditum, relictissime creditur; ut ait Augustinus l. 4. de Baptis. contra Donat. *sc. 24.* Si enim inspiciendo acta Conciliorum, & scripta Veterum Patrum, aut decreta Pontificum, semperque ascendendo, altiore jugiter originem sit invenire, in ipsos tandem Apostolos origo est referenda, si quidem res humanæ sit potestatis, v. g. celibatus Sacerdotum, Jejunium quadragesimale &c. aut in ipsum Christum, si sit potestatis divinæ, ut Baptismus parvulorum &c. Sic etiam ostendi-

tur, Ordines sacerdotio inferiores pertinere ad Apostolicam sive divinam Traditionem, cum singulorum semper inveniantur mentio apud anteriores, donec ad Apostolorum tempora perventum sit. Idem est de cultu imaginum, professione Monastica &c.

Regula tertia.
Tertiò, si quæ veritas in Scriptura non expressa tamquam dogma fidei constanter & concorditer seu sine contradictione à Patribus fuerit tradita, oppositumque tamquam hæresis refutatum, ab Apostolica provenit Traditione. Tale quid est perpetua Virginitas Deiparæ, esse quatuor Evangelia &c. Patres namque non euderunt ex se nova fidei dogmata, sed ea, quæ Apostoli tradiderunt, præpalant, & tamquam fideles depositarii custodiunt. Unde & in Conciliis generalibus contra successores Novatorum hæreses ac profanas vocum & rerum novitates semper attenditur, quid traditum fuerit à Veteribus, qui fuerunt proximiores depositi Apostolici custodes.

Regula quarta.
Quartò, quod Patres & Doctores concorditer vel Concilia testantur ab Apostolis profufluxisse, indubitatum est indicium, rem sic se habere, ac à nobis idem esse credendum. Sic imaginum cultum ab Apostolis esse traditum in Synodo VII. *act. 6.* Patres dixerunt. Sic Symbolum, quod vulgò Apostolorum dicitur, Ecclesiæ per Apostolos esse traditum, Hieronymus, Ambrosius, Leo & alii Patres testantur. Idem est, si in Ecclesiis, ubi adhuc illata est successio Episcoporum ab Apostolis, quidquam habeatur pro divina vel Apostolica traditione. Quia tamen successio dudum defecit in reliquis Ecclesiis Apostolicis, præterquam Romana, idcirco in iis nunc usum non habet hæc regula.

80. An Ecclesia possit mutare Traditiones.
Petes, an sit penes Ecclesiam mutare Traditiones? Resp. indubiè ipsam non posse variare Traditiones divinas, sive mores, sive solam fidem concernentes. Sed neque Apostolicas, quæ fidei doctrinam concernunt: quæ etiam recto sensu divinæ sunt, uti divinæ, seu immutabilis veritatis, non minus, quam quæ Christus ore proprio docendo tradidit. Traditiones autem Apostolicæ, quas Apostoli tamquam Ecclesiarum Prædicti auctoritate Apostolica instituerunt, quæque aded se habent instar legum, v. g. de jejunio quadragesimali, & similibus, non sunt quidem sic mutabiles, quasi Ecclesia possit illas improbare tamquam malas aut non rectè positas: cum fide certissimum sit, rectè & sanctè ejusmodi præcepta, etiam Spiritu sancto dirigente, esse tradita: possent tamen absolute per Ecclesiam seu Pontifices (in quibus est quantum ad hæc non minor potestas) mutari validè, uti leges Conciliorum seu Pontificum per posteriores Pontifices vel Concilia possunt causâ subsistite variari. Quem admodum etiam præceptum Apostolicum in factis

in sacris litteris expressum *Act. 15.* de abstinentia à sanguine & suffocato, cessante causa desit obligare. Non est tamen credendum, Deum fore permissurum, ut sanctissima instituta Apostolica, quorum materia & causa permansens est, per Ecclesiam abrogentur.

Apostoli ad fidem spectantia docuerunt, sive scripto, sive viva voce sint tradita. Item ea, quæ potestate Apostolicâ, & ut ita dicam, Ecclesiasticâ præceperunt, sive scripto, sive viva voce. Cùm non minus debeantur Corinthiis v. g. venerari & servare præcepta, quæ Apostolus in Epistolis ad eos directis proponit, quàm quæ ore proposuerat, de quibus *1. ad Corinth. 11.* dixerat: *Et, sicut tradidit vobis, præcepta mea tenetis.* Denique parem vim habent, quæ Ecclesia per leges scriptas sanxit, & quæ per consuetudinarias sive traditionem Ecclesiasticam. Quæ omnia satis clara sunt ex præmissis.

81. Tradita & Scripta qualiter cum accommoda proportione sint paria auctoritas.

Pro fine quæstionis & intellectu præmissorum, quod scilicet paria sint venerationis & auctoritatis Tradita & Scripta, adverte, id esse cum proportione accommoda intelligendum. Nimirum, quia parem auctoritatem habent, quæ Christus docuit aut præcepit, sive scripta sint, sive non sint. Parem item habent auctoritatem, quæ

DISPUTATIO QUINTA

De Ecclesia, Conciliis & Symbolis.

QUÆSTIO I.

Quid sit Ecclesia, & ex quibus Constet?

1. Ecclesia Etyologia & variæ acceptiones.



ECCLĒSIA, Græcum nomen est, Latine evocatio; sive quod omnes ad se vocet, sive potius quod quicumque in eam conveniunt, gratiâ divinâ vocati veniant. Unde Fideles frequenter ab Apostolo dicuntur vocati; ad *Rom. 1.* & *1. ad Cor. 1.* Quamvis autem interdum in Scriptura nomen Ecclesiæ sumatur pro loco, in quo homines convocati convenire solent *Judith 6.* prout quoque phrasi Ecclesiasticâ Basilicâ seu publica Oratoria, Ecclesiæ appeantur. Ordinariè tamen in Scriptura sumitur pro ipso cœtu seu congregatione hominum evocatorum. Sic *Psal. 149.* dicitur: *Laus ejus in Ecclesia Sanctorum.* Et *2. Paralip. 7.* est sermo de Ecclesia magna valde. Ubi etiam, uti ordinariè aliàs, & hoc loco semper, à Scriptoribus Ecclesiasticis ac Theologis sumitur in bonam partem, pro cœtu scilicet hominum evocato, ut ad veram Dei fidem & cultum, veræque religionis societate, divinitus evocato. Quamvis *Psal. 25.* idem nomen applicetur cœtui iniquorum, dum dicitur: *Odium Ecclesiam malignantium.*

tholica seu universalis, sed particularis, distincta in signis & ceremoniis aliisque legibus ab Ecclesia Gentium. Ecclesia novi Testamenti, quæ Christi dicitur, est generali ratione similiter una cū Ecclesia prioris, sed eatenus diversa, quatenus habet aliam Sacramentorum communionem, novorum articulorum fidei professionem, sub diversæ rationis capite colligationem.

Ecclesia Christi quæ sit una vel non una cū veteri.

Quæ quidem describitur in Catechismo *Canisii* esse *Omnium Christi fidem atque doctrinam professantium congregatio, qua sub uno & summo post Christum capite & Pastore in terris gubernatur.* Alii aliter describunt. Commoda & satis plena videtur hæc descriptio, *Ecclesia est cœtus hominum ejusdem fidei Christiana professione, ac eorumdem Sacramentorum participatione sub regimine legitimorum pastorum ac præsertim usus in terris Christi Vicari Romani Pontificis colligatus.* Diciturque eadem Christi Ecclesia militans, in terra scilicet, sive cœtus fidelium viatorum; ac distinguitur contra Ecclesiam triumphantem, quæ constat agminibus Beatorum in cælis. Præter quas alia dicitur certans sub terris, scilicet in purgatorio, ubi poenas sustinendo purgatur. Hæc eadem Ecclesia militans integratur, tum ex similibus particularibus Ecclesiis seu cœtibus in diversis locis ac diocæsisbus (quæ etiam vocantur Ecclesia ad *Rom. 16. 2. Corinth. 1.* & alibi) tum ex subditis pariter & Pastoribus ac Prælatibus, etsi specialiter interdum etiam accommodetur hoc nomen ipsis Ecclesiæ Prælatibus *Matth. 18. Dic Ecclesia.*

Quid sit Ecclesia Christi in terris militans.

Qua sit propria loci.

2. Alia antecedens, alia consequens adventum Christi.

Synagoga pars erat Ecclesiæ.

Ecclesia vera Dei, alia præcedit adventum seu legem Christi, alia sequitur. Ista complectebatur ante legem Moysei omnes in professione veræ fidei, & cultu unius Dei, ac in spe & tendentiâ ad eundem finem convenientes; uti & sub lege Moysei generatim, tum contentos Synagoga Judaicâ, tum eos qui extra illam inter Gætes Deum colebant, ex quibus fiebat una generalis Ecclesia Dei. Unde Synagoga, id est, congregatio Judæorum non erat Ecclesia *Caeterum Sum. Theol. Pars III.*

Circa secundam Quæstionis partem, certum in primis est Ecclesiam non constare solis & omnibus prædestinatis, quod voluerunt *Joannes Wiclef* & *Joannes Hus* damnati in Concilio Constantiensi; quibus consonat ea sunt, *Calvinus* apud *Bellarminum* l. 3. de Ecclesia quia quidam c. 2. Neque solis in charitate perfectis, seu peccato carentibus, quod dixerunt *Pelagiani*.

4. Non soli prædestinati, perfecti aut justi in Concilio Constantiensi; quibus consonat ea sunt, Calvinus apud Bellarminum l. 3. de Ecclesia quia quidam c. 2. Neque solis in charitate perfectis, seu peccato carentibus, quod dixerunt Pelagiani.